¶ In libro de cognitione hominum de quibuscumque cõplexionibus extense pertractauimus: & ob hanc causam hic solum aliquid succincte de quattuor principalibus complexionibus explicabimus: namque habita de istis noticia cito alie complexiones intelligentur: Corpus enim continens duas complexiones fere equales in eo factiones: atque opera ambarum qualitatum habebit: & sic corporis qualitatem in tres vel quattuor equales complexiones diuidendo hec pro earum noticia recta est via: queadmodum videndo vnum hoiem qui caput aliquãtulo grandiusculum: & carnosum possidet: & tibias: ac manus subtiliores: quam proprio coleri co competat: tunc asserimus fere equaliter de colera: & sanguine sortiri. Quod si loco sanguinis phlegma esset corpus vtique carnosius: ac magis tenerum fieret. ¶ Et si melancolia in secundo loco esset tunc corpus durius: ac maioris ossis.

¶ De aptitudinibus: & factionibus membrorum sanguineorum. Cap. xxxiiij.

¶ Sanguinei vero has factiones habent. faciem videlicet que ad magnitudinem: & mediocritatem tendit aliquanto carnosiusculam maxime respectiue ad ossa sua: & etiam in longitudine breuem. Caput neque magnum: neque paruum. Collum bono modo grossum. humeros extensos vel longos ad partem brachiorum. Musculum brachiorum: & crura tibiarum grossa genua: & cubitus inferius graciles respectiue ad superiores partes crurum: & musculorum. Manus vero curtas: & tactui teneras: punctas digitorum duriusculas atque strictas. ¶ Palmulas manus parumper grossas: & carnium plenas. sed respectiue ad mollitiem manuũ oẽs alie carnes: siue mẽbra duriciẽ pandunt: & aspectu siquidem pulchre. Color vero inter album & rubrum cum maiori illustratione quam quispiam alterius complexionis: bonam habent pronunciationem: Vocem tamen scabrosam: aut asperiusculam.

¶ In quo officio sanguinei valeant ad proprietatem sue nature. Cap. xxxv.

¶ Sanguinei accomodati sunt in quacunque re subtilitatem: ac velocitatem manuum expetente: vtpote ad chirurgicam artem tonsoriam: ad pulsandum cytbara: & ad seruiendum in mensa: tum etiam ad scribẽdum braslandum: aliaque huiuscemodi exercitia cito transeuntia: Ocius vero quãcunque rem colligunt. Raro tamen ipsius secretum adinueniunt. non enim dilatare intendunt eorum intellectum ad varia: atque profunda discernenda: Quoniam suapte natura non est magna in eis constantia: & sic non tantum rememorãt: vt recte discernere queant ea: que indagant. quia quum primum reperiunt occupantur. Memoriam vero competentem habent licet optima videatur: Quãdoquidem cito recolunt de eo cuius sunt recordaturi. At parum ad suscipiendum laborem attendunt. placidiores sunt in principio: quam in medio: & fine. Paucam enim stabilitatem: & constantiam obseruant: & dum infirmantur pauco tempore magnam iacturam patiuntur: quorum tamen egritudinibus facile mederi potest: si cito subuenitur. Velociter in breui spacio currunt: Sed quod locus currendi aliquantulo accliuis sit: similiter in modo saltandi: & tripudiandi valent: quum hic nimia promptitudo requiratur: quãcunque armam bene proijciunt: tantoque melius quanto leuius telum fuerit quoniam in pectore: & musculis brachiorum iuxta magnitudinem suorum corporum magnã grossitudinẽ sortiunt. Quapropter facillime labores eijciẽdi tollerari queũt. Manus: & lacertas subtiles tenẽt: & sic vibrare: vel excutere possunt. Fortitudo aũt atque animositas eorum ẽ in principio: nihilominus cito trãseũt.

¶ De colericis: & aptitudine suorum membrorum. Cap. xxxvi.

¶ Colerici faciẽ subtilẽ: ac paucã i ea carnẽ possidẽt: collũ i mediocri grossitudine: sed lõgitudine plus quam mediocri: ac neruosum ẽ. ¶ Humeri isimi: vel ad ptẽ inferiorẽ tẽdẽtes. Musculi brachiorum respectu grossitudinis lacerti: aut cubitus iferius subtiles sunt. ¶ Crura quoque gracilia respectu tibiarum. Manus i lõgitudine mediocres: & optiẽ diuise magis ad duriciẽ: quam ad molliciẽ ptẽdẽtes. ¶ Palme: seu vole manuũ ferme: i grossitudiẽ cũ alijs ptibus eqles. Duricies earum paulo magis i vna pte: quam i alia lz aliquãto magis i pũctis digitorum. Alia mẽbra placida sunt tactui. Pedes sicuti: & manus. Hec ãt regula i oibus cõplexionibus

obseruatur: et secundum istam regulam ex manu pes diiudicari potest: et ex brachio tibia. Lumbi vero: et cinctura cũ extremis brachiorũ: et tibiarũ partibus pformant hoc est cũ lacertis: et tibijs. Et quoniã colerici has tres partes fortes habent cum ipsis maiorem vim faciunt q̃ cum alijs totius corporis quia vbicunq̃ maior quantitas siue grossicies ossium neruorum: et carnium inheret: ibi maiores vires extant.

Quomodo colerici cognoscantur. Cap. xxxvij.

Colerici pallidum habent colorem presertim in facie licet dum elaborant meliorem: aut viuaciorem ipsum ostendant. Locutio eorum in exprimendo debilis est: vox autem suauis: et nudi manentes in membrorum factione ceteris prestant: optimam inuentionem habent quanquam initio aliquod impedimentum demonstrent. Constantes sunt in quacunq̃ operatione: et quocunq̃ genere gubernandi: aut imperandi gentibus. Astuti sunt: ac vigiles. paulo plus in vna arte: q̃ in alia adiscunt: et ex hoc pre ceteris apti sunt ad luctandum causa temperantie anhelitus: et paritatis membrorum intelligas: quod paulo fortius vnum membrum: q̃ aliud. Miro modo subijciunt: et tolerant arma: currunt saliunt: et proijciunt plus q̃ mediocriter. Hi vero melius per planiciem: q̃ in alia dispositione terre operãtur. In quocũq̃ magisterio quod facere intendunt vbi discretio: ac temperantia conueniunt magnam habent aptitudinẽ sicut in modo edificandi ac decertandi. Non sunt nimie memorie eo quod ad tot partes dilatantur: vt tot obseruare nequeant: et etiam: q videtur posse per seipsos dicere quicquid ab alijs possunt adiscere: aut saltem magnam partem: tametsi in modo inquisitionis de facili preterita inueniant. Rarissime infirmantur: et de facili curantur. At dum infirmitas in membris radicata est vix vnquam distrahi aut expelli poterit non quod carnes inobedientes sint: ac dure ad suscipiendam medicinam nisi quia iuncture: et temperantia istius complexionis fortissime: ac iuncte sunt. In quo quidem tempore non sinunt quod medicine iuncturas penetrent. Bone conuersationis sunt cunctis temporibus melius tamen in medio: et fine: q̃ in principio qui dum irascuntur furiam impetuosam ostendunt. Sed cito ad quietem reuertuntur.

De complexione melancolica: ac de formatione: quã membris impẽdit. Cap. xxxviij.

Melãcolicos proprie robustos appellamus. Nam qui alterius complexionis sunt quãplures labores ob varias causas perpeti queunt. Melãcolici enim a natura vel innata duricie fatigant: et hoc modo cognoscunt. Caput habẽt magnũ: ac rotundũ: faciẽ vero altã per tẽpora. In maxillis os maximũ: et sublevatum: collum grossum: et curtum siue breue. Humeros latos: et anterius declinantes. Pectus tamen latum: et non rotundum: sed tabulatum. Brachia curta: atq̃ conuexa: quod ab hyspanis estenados appellatur. Crura: et musculi brachiorum grossitudinem sortiuntur: et de genibus: et cubitis ad infra inter colericos et sanguineos grossitudinem possident. Per cincturam: vel lumbos mediocritatẽ habent idest neq̃ grossam: neq̃ subtilem manus fortes: grossas: breues: ac valde duras. Est autem grossitudo: et latitudo ipsarum per palmulas: et vole profunde: solide: ac durissime: puncte digitorum in tenuitate inter sanguineos: et colericos. Pedes per punctas ad interiorem partem voluunt. Tibias vero curuatas sicuti: et brachia possidẽt presertĩ p ossa malliola: et etiã crura. Carnes vero tactui asperrimas. Signũ vero pricipalius ad cognoscendum melancolicos est quod in tangendo ipsos apprime rigidos: ac duros inuenimus ferme: ac si iuncturas non haberent: qui in quocunq̃ loco tetigerint omnes vires suas immittunt. Colorem habent inter nigrum: et viride: vel cum rubore intermixtum: Pronunciationes vero: et voces fortes iunctas: atq̃ asperas.

De operibus melancolicorum. Cap. xxxix.

Melancolici non sunt adeo fortes: quemadmodum eis apparet: nequidẽ vt in opinione populi fertur: et quod non sint adeo fortes veluti aiunt palam fit: quia dum ipsos experto tenemus non eã vim: que antea videbatur adinuenimus: qm̃ in tangẽdo ipsos videtur nos aliquod marmor mouere: quod ab eorũ distemperãtia causatur: quapropter vbi se plicare incipiunt: non inueniunt locũ in quo firmari queãt donec

ad terram veniant. Nam sicut lignum aridum se habent quod maximam duriciem tactui indicat: et du plicari incipit totum laborem dirumpendi ipsum preterit. Quod si viride lignum extitisset ad plures par tes reuolui posset: et cum defatigatione rumperetur. Qui vero talis complexionis sunt maximum pon dus subleuant: et res graues duras: ac curtas proijciunt. Saliunt mediocriter et parum currunt: bene tolle rant labores absq; magna sensatiōe. Sūt magis ꝓprij alioꝝ iussis: q̄ȝ ad iperandū alijs. Ad manēdū i castris: vel i cāpis: atq; obsidiōibus: tū ꝓspera: et tū aduersa fortuna ceteros supant. Nō eniȝ valde aspeꝝ ē eis i terra iacere: et ad dormiēdū ceruical lapideū applicarꝫ: nec delicataꝝ reꝝ apparatꝰ nimiū existimāt. Nō sunt apti ad prefecturā quū nō nimie ꝑspicacie sint imo a natura hebetes: et paucā artē adiscunt: et q̄ȝ uis adiscerent nescirent eam recte ad aliquam conclusionem applicare: tametsi in quibusq; rebus que par uo ingenio fiunt melancolici boni sint: et bene sine arte luctantur. Est durum pati ab ipsis quācunq; iactu ram serio: aut ioco decertando. optime retinent memorie quicquid semel didicerint. Nam quemadmo dum in eis difficilis est aditus: ita pariter et exitus. Quocirca boni iuriste sunt atq; apti ad fodiendū: et rumpendum lapides: et ad deportandum onera. furiosi sunt et causa duriciei cito agunt: Sed non taȝ cito vt sanguinei: nec ita tarde vt colerici. constantia eorum talis est qualis duricies dum non ponimus ipsos in alia aduersa parte fatigantes sunt. nam licet in eis vires diminuantur duricies remanet. Maxima est eis contrarietas quod tarde sentiant omnia egritudinum primordia.

¶ De phlegmaticis: et suorum membrorum proportione. Cap. xl.

¶ Phlegmatici capita et facies magnas continēt: atq; carnosas. Colla eorum plus tendunt ad extre mitatem longitudinis: et grossitudinis: q̄ȝ ad mediocritatem: humeros sufficienter latos brachia longa. Musculos paulo grossiores lacertis. Manus in longitudine magnas: et per totuȝ carnosas: ac teneras. Punctas digitorum latas et molles. Manuum vero latitudo: et mollicies fere equaliter per omnes partes extenduntur: et carnes aliorum membrorum similiter ad mollicies tendentes: sed non sunt tactui placide: per cincturam siquidem lati sunt: aut parum succincti. Crura: et tibias longas: atq; indistinctas habent. Pedes maximos: et carnosos colorem aliquanto albiorem sanguineis pronunciationem satis cla ram: et nimium pigram. vocem autem sparsam: et grossam.

¶ De operatione phlegmaticorum. Cap. xli.

¶ Phlegmaticos in omnibus rebus quas facturi sunt tardos esse cōstat: maxime in primordijs. Sȝ longius opus prosequendo cum meliori dispositione reperiuntur. In cursu: et saltatione: ceterisq; operatio nibus lenti: ac tardi. Decliuia loca ad operandum petunt in saltu: et tripudiatione inter omnes alios infimi sunt: longa arma iaculantur. Non sunt ad patiendum nimium calidum et frigidum ita quod nullam extre mitatem ruboris continent ad iubendum alijs accomodantur: dum vero eis iubemus tarde agunt. Que memorie mandant optime retinent: pluries tamen legunt anteq̄ȝ discant. ¶ Appropriati sunt ad telona rios questus: ad sutoriam artem: aliaq; huiuscemodi eorum vero egritudines absq; impetu adueniunt: quas per aliquot dies absq; sensatione maxima tollerant. Huius enim complexionis tarditas nō prebet locum: vt cito egritudines per omnia membra ruant vbi magnum tormentum causari queat propter or ganorum occupationem. nec cito curari possunt: quia quum in infirmando tardi sint: sic etiam in sanando se habent. Causa enim que egritudini obstat: sanitatis quoq; remedium impedit: et licet non ocius admi niculum eis inferatur: nequaquam extemplo magnum periculum immineret. Conuersatio eorum satis bona. Sȝ tarditatis cā sepenumero tediū parit. Vires aūt: atq; animus paulatim: et sero eis adueniunt.

¶ Quo pacto quisq; conformetur elemento: de quo maiorem partē assumit. Cap. xlij.

¶ Quemadmodum ignis cum promptitudine in altum ascendit: et cito cursum suum perficit homines pariter: atq; alia sanguinea animalia easdem ꝓprietates possident. Factiones enim membrorum altas: ac munitas in superioribus partibus tenent: et citi in operibus sunt: tum quoq; in pauca distātia deficiunt.

¶ De colericis. Cap.xliij.

¶ Sicut aer vbiqȝ temperatus: ac bene diuisus est: licet in plano sit aliquantulo fortior: ita ꝛ colerici tē perati: ac bene diuisi. Magni anhelitus sunt: ꝛ membra bene vndiqȝ partita possident: ꝗuis aliquantulo in inferioribus partibus maiori fortitudine vigeant: ꝛ per planum operentur.

¶ De melancolicis. Cap.xliiij.

¶ Terram dicimus duram esse: ꝛ intemperatam grauem: atqȝ grossam pro cuius similitudine melanco lici duri distemperati: ꝛ crassi ingenij sunt.

¶ Dispositio phlegmaticorum aqueo elemento appropriata. Cap.xlv.

¶ Aqua lenta est ꝛ mollis atqȝ in longum paulatim tendit: ꝛ in parte inferiori: ac decliui decurrit. Et non aliter de phlegmaticis asserimus. Quoniā tardi ꝛ molles sunt in suis operibus: ꝛ decliuia magis ap petunt: semperqȝ aliquatenus defessi videntur.

¶ Qualiter cum quolibet nos habituri simus penes complexionum varietatē. Cap.xlvi.

¶ Hic aliquid dicendum est quo pacto cum vnoquoqȝ nos obseruare debeamus ad proprietatem sue complexionis: quod vtiqȝ in quibusqȝ rebus intelligitur: vt aduersus eos victoriam nanciscamur. Semper eniȝ eaȝ parteȝ assumere debemus que nobis sit prospera: ꝛ alteri aduersa: ꝛ ita faciliter hostem superare poterimus.

¶ Quo pacto cuȝ sanguineo decet in quocunqȝ exercitio operari. Cap.xlvij.

¶ Sanguineus in principio operandi maximam flagrantiaȝ: ꝛ velocitatem affert. Quamobrem decet aliquantulo operiri donec vires eius declinent. Sanguineus enim causa promptitudinis: ꝛ celeritatis con festim ad quācunqȝ discoopertam partem ingreditur: cito tamen impetus preterit. Dum vero deficit procurandum est vt secum iungamur: quoniaȝ debilis est tibijs: ac lumbis: quia dum in deuiata appreben sione manet: videlicet per manus brachia: aut colluȝ satis offendere potest: quandoquidem suas maiores vires in pectore: ꝛ musculis brachiorum continet: per lumbos vero paucas. Ita quod secuȝ ad brachium bipartituȝ deueniendȝ est. Conuenit etiam quod hec norma in armis obseruetur in cursu vsqȝ ad centuȝ passus velociter transit: ꝛ loca accliuia petit: ꝛ suuȝ contrariuȝ est prebendo ei longuȝ cursuȝ: ꝛ quod de scendat in iaculatione per duos: aut tres ictus ad vltimū posse suuȝ attingit. Quapropter ad plures proij ciendȝ ponenda est sibi condictio. Et si ad vires manuuȝ deuenire oportet initio spatiosa loca: ꝛ tandeȝ stricta sunt indaganda.

Quonaȝ modo cuȝ colericis sit operanduȝ. Cap.xlviij.

¶ Si cū colericis aliquas vires operamur procul seu deuiati ire debemus causa qꝺ maiores vires in ti bijs: lumbis: ꝛ lacertis: ꝗ̄ in reliquis membris habent ideoqȝ secuȝ vniri damnosuȝ esset. Tempus autem pugnandi cuȝ colericis postquaȝ ad conflictū deuenimus nec abbreuiare nec prolungare possumus. Naȝ fere semper vno: ꝛ codeȝ modo manent licet in principio videantur quoddam ante oculos obstaculum ha bere. Unde in quocunqȝ instanti ipsos inuadere oportet pariterqȝ ab eis nos cauere: ꝛ spaciosa loca cum eis eligenda sunt per planiciem melius: ꝗ̄ per alia loca currunt ita quod in opposituȝ debemus eis breueȝ cursuȝ: atqȝ decliueȝ impendere. ¶ In proijciendo secunduȝ proprietateȝ expostulant tela in duricie lon gitudine: ꝛ grauitate potius ad extremitatem: ꝗ̄ ad mediocritatem tendentia per planiciem iaculari vo lunt: ꝛ in quinqȝ: vel sex ictibus fere ad omneȝ eoruȝ potentiaȝ attingunt. Idcirco in magno numero ictuū aut in paruulo est cuȝ eis proijcienduȝ.

¶ Quo pacto cum melancolicis sit operandum. Cap. xlix.

¶ Melancolici quãuis in modo operandi veloces non sint: tamen quomodolibet maxima in eis duricies inuenitur. Quocirca temperate est eis insistendum. que quidem contrarietas maior: ac potissima ad uersus eos habetur. Non est propter duriciem cum eis coniungendum. ꝛ etiam ex eo quod pleriqꝫ eorũ magnam vim continent: Tametsi paucam industriam: ꝛ agilitatem habeant. Tandem stricto modo manendo pauca eis ars sufficit: Cũ vero in his strictis apprehensionibus non potest libera agilitas inhiberi. Sed procul vel in apprehensionibus brachiorum manendo maior scientia: atqꝫ agilitas operari potest: ita quod cum melancolicis perutile est a longe: ac temperate decertare in modo currendi breui cursu indigent: ꝛ precipue per accliuia loca: quamobrem ad eorum contrarietatem cursus longus: ꝛ per decliuem locũ ponendus est. In iaculando breuia ponderosa: ac dura tela: ꝛ accliuia loca querunt contra quos oportet plures ictus imponere ꝛ cum astis: vel fustibus longis teneris atqꝫ leuibus.

¶ Quonam modo cum phlegmaticis nos habere debeamus. Cap. l.

¶ Phlegmatici in principio operandi paucas vires possident: ꝛ tanqꝫ relaxati sunt: ꝛ itidem nos cum eis aptitudinem nostrã ostendere debemus. Sed in operibus velocissime est concludendum: scilicet quod vires nostre extemplo ponãtur: causa quod minori negocio ipsos capiamus. Sic enim videtur quod nihil sentiant ita quod tanquam inexperti labantur. Et si pluries ipsos tangimus in qualibet temptatione causamus quod aliquãtulo in uiribus crescant taliter quod gradatim adeo in viribus crescunt quod difficile est ipsos amplius conuinci quemadmodum in primordijs videbatur: Quoniã in quocunqꝫ prolixiori exercitio aliquanto melius se habent: ꝛ cum eis ad strictum coniungi perutile est: Quia pleriqꝫ omnes magni sunt: ꝛ quia lenti possumus omnino per inferiores partes ingredi. Nam dum ad propinquas apprehensiones deueniunt non possunt se tantũ tutari: vt omnes vires suas irroborent. ¶ In armis huiusmodi discursum faciunt in decliui: seu in descensu. longo cursu indigent: ꝛ propter contrarietatem breuis: ꝛ accliuis via querenda est. ¶ Ad brachiandum: siue proijciendũ accomodatior est eis hasta longa: atqꝫ tenera: ꝛ per decliuia loca: ac per decem aut duodecim ictus vltima: que possunt proijciunt. Pro cuius rei contrarietate tela breuia: ꝛ rigida sunt accipienda: ꝛ quod in duobus: aut tribus ictibus proijciatur.

¶ Quomodo secundum varietatem corporũ diuersimode operemur: ꝛ qualia arma: ꝛ loca ad conformitatem diuersorũ hominũ eligenda sint. Cap. li.

¶ Si homines carnosi sunt in principio prõpti fiunt: tametsi confestim declinent: Et econuerso sentiendum est de his qui magnis ossibus: ac neruis fortiri sunt. Nam ossa: ꝛ nerui in principio paruam ostensionem agunt. Demum vero fortes reperiuntur. In quocunqꝫ actu: aut modo decertandi viribus perutile esse dicimus cum fortibus loca dura: lata: ꝛ spaciosa eligi cum paucis armis: ꝛ vestibus ne firmiter apprehendere queant. Cũ debilibus autem locus arctus: angustus: atqꝫ tener ponderose. ꝛ succincte: siue stricte: vt apprehendendo eos manibus valeamus ad conducendum ipsos: ꝛ cum illis: qui parum sciunt ita ut cũ fortibus operari debemus: cum dextris autem: siue artem habentibus eodem modo quo cum debilibus.

¶ Qualiter vnusquisqꝫ qualitatem sui elementi de quo maiorem partem sue compositionis accipit decertaturus accedens prosequatur. Cap. lij.

¶ Modus dispositio: ꝛ tempus in quo quisqꝫ validior cum meliori animo: atqꝫ agilitate reperitur facillime cognosci potest: omnes enim qualitates suorum elementorum sectantur: ꝛ quoad istam normam ordinanda sunt armorum certamina primitus sanguineos ponendo eo quod nequeunt ex improuiso inuadere: causa quod nil de viribus suis nequidem de dispositione deest: in quo siquidem acquiescere debent quousqꝫ ad principale opus deueniant: ꝛ sic tarditas deueniendi ad conflictum aliquam partem suarum virium aufert: verum ꝛ enim in quocunqꝫ homine deficientibus viribus animus pariter declinat.

¶ Qualiter hic aut in mō decertādi melācolicos in secundo gradu ponamus. Cap.liij.

¶ In hoc bellico conflictu melancolici debent secundo loco poni: aut prope sanguineos: q̄uis parum veloces sint: at vero membrorum duricies magnum fortitudinis robur initio infert: ꝛ ideo habent oportunitatem resistendi sanguineoꝝ promptitudini: tum etiā offendendi in aliorum tarditatibus.

¶ Qualiter in tertio loco ponendi sunt colerici ad ineundum certamen. Cap.liiij.

¶ Colerici ad capessendam pugnā tertiū locū expetunt: nanq3 in principio aliquantulo īpediti inueniuntur: quanquam optime dispositionis sint. Sed cum illa occupatione: que eis tanquam velamen innata est initio melius est paulisper morari. Quippe quod in videndo aliorum certamina vires sue roborantur cū qua etiam mora: ꝛ quod ratio ipsos concomittatur potiusq̄ si alterius complexionis essent bona est sibi in principio aliqua mora: hi volūt corpora sua aliquāto agitari anteq̄ ad pugnam deueniant.

¶ Qua ratione in pugna phlegmatici sunt vltimo loco ponendi. Cap.lv.

¶ In quouis certamine Phlegmatici vltimo loco esse debent: quandoquidem nimiam moram agunt priusq̄ in eis vis dispositio: atq3 animus roboretur: que omnia simul insurgunt: ita quod quū corpus inualidum reperitur non potest proprium contentum operandi ordinatum assumere. Quapropter licet vires phlegmaticorum adeo magne essent: quemadmodum sanguineorum. quum in principio tanquam soporati sint oportet membra sua frequenter exercere: anteq̄ ad principale certamen deueniant: ꝛ dum exercitati difficile est quod vincantur: quoniam superantiam: quam sanguinei in primo impetu contra phlegmaticos tenent postremo phlegmatici contra sanguineos habent.

¶ Qua ratione scitis aliquibus artibus nonnulli eas quottidie exercere debent. Alij autem raro ob variarum complexionum conformitatem. Cap.lvi.

¶ Omnibus quidem vtile est aliquam artem adiscere: Nihilominus est aliquibus saluberrimū membra continuo exercere: alijs vero non. ¶ Sanguinei postquam aliquam artem sciunt pauca consuetudine indigent: vt de omnibus: que didicerint recordentur: ꝛ cum agilitate ipsa agant: ꝛ si ea que sciunt continuarent valde eis obesset eo quod per nimiam vehementiam: vel promptitudinem sepe res dirumpunt dum frequenter hoc modo laborant. ¶ Colerici satis expetunt exercitium in suis artibus: nam facillime possunt labores tolerare precipue vbi exercitium ab eis primum impedimentum aufert qd̄ colerici a natura habent. ¶ Melancolici parum necessitantur ad disponendum assidue eorum membra quandoquidem sufficientem promptitudinem duricies prestat. ¶ Phlegmatici frequenti exercitatione indigent: quoniam assiduus labor aliquantulo promptiores ipsos reddit: tum etiam ex eo quod vbi maior necessitas exquiritur vires immittunt: ꝛ ex nimia continuatione non possunt sua membra deuastare: quia nunquam totis viribus in aliquo puncto: aut loco innituntur.

¶ Quatenus vnumquodq3 animal aliquam habeat monstrationem a natura tributam de sua leuitate: ac fortitudine: atq3 illo quo est aptum. Cap.lvij.

¶ Si inspicere: ꝛ speculari volumus factionem a natura in quocunq3 animali positam ad proprietatē illius ad qd̄ quelibet species inclinatur: aut dirigitur hac via facile cognoscemus inter particularia vnius speciei quis membra habeat ad leuitatem appropriata: vtpote ad currendum saltandum: quis ad firmiter manendum: quis ad luctandum: ꝛ quis ad iaculandum: ꝛ sic per varia exercitia discurrendo: nam licet luctatio communiter cum leuitate tendat ad multum iaciendum ea: que leuia sunt brachia extensa esse debent: ꝛ quod admodum directa quod stare nequit si homo in primo gradu non accipit magnam partē colere: In secūdo sanguinis: ꝛ in tertio phlegmatis. Sed pauca esse debet: ꝛ in huiuscemodi corporibus

maior est temperantia:q̃ leuitas. Attamen in cõmuni luctatio cum leuitate protendit:⁊ ad propositum nostrum de varijs animalibus redeundo natura aliquatenus animalibus super terram nutritis ad ambulandum dedit quatuor pedes:aut tibias fere equales in longitudine factione:⁊ grossicie: ⁊ homini omnino cum magna differentia. Iccirco in homine dicimus tibias:⁊ brachia: Licet in hoc quaternario numero nos cum brutis conformemur. Sed homo ex inguine vsqȝ ad calcar:siue fontem pedis habet vno tertio plus de longitudine q̃ brachium vsqȝ ad pulpeculam manus:⁊ bruta sicuti canes:aut equi solum decima parte longiores habet posteriores tibias:q̃ anteriores:aut tibias:q̃ brachia in grossicie. Nos itidẽ valde dispares sumus de tibijs ad brachia:⁊ bruta fere equalia:quãuis ipsa aliquatenus fortiora brachia:⁊ nos multo grossiores tibias:q̃ brachia. Non tamen intelligas quod absqȝ legitima causa sit tanta varietas distributa:dato quod natura:aut diuino precepto homo capite sursum eleuato ambulare debet: ⁊ bruta anterius extenso:atqȝ supino:vt tam elatis ancis:q̃ humeris:⁊ vtrisqȝ partibus cõmuniter cum capite equalibus. Unde conueniens erat quod brachia:aut tibie anteriores tam alte essent: aut cum pauca differentia sicut posteriores: Quum assidue:⁊ equali bilance sint tantam corporis quantitatem sustentature. Et quoniam cõmuniter bruta magis fatigant cum brachijs:q̃ cum tibijs natura eis aliquãtulo fortiora dedit. Sed q̄ homo totum corpus continuo super tibijs sustentat natura:siquidem prouidit ad faciendum ipsas brachijs grossiores:atqȝ longiores:⁊ sic q̃uis vellemus naturam nostram contrafacere tã quam bruta ambulando magnum laborem inueniemus:⁊ tandẽ paruum nobis proderit:habemus multo grossiores tibias:atqȝ carnosiores in nostra quãtitate persone::q̃ aliquod aliud animal ad suas respectiue. In magnitudine pedum:⁊ manuum cetera animalia in proportione persone nostre excedimus. Tã etsi quedam aues rapaces magnos pedes:ac manus habent:quibus se adiuuant:⁊ homini propter suorum pedum:tibiarum:⁊ musculorum magnitudinem nullum animal bipes cum magna quantitate equiparãdum. ¶ In brachiorum aptitudine valde superamus cetera animalia. De tibijs autem non tantum maxime cum manibus propter magnam digitorum distinctionem varia officia peragimus:que a nullo alio animali fieri possent. Leuia animalia subtiles tibias habent:paucum ventrem:⁊ amplos lumbos: musculos vero subleuatos:aut in altum recollectos:⁊ graciles siue asciutas tibias:non magnos pedes:neqȝ manus magis super longo:q̃ super rotundo respectiue ad grauia animalia.⁊ hac regula possumus in particularib⁹ cuiusqȝ speciei nos obseruare. Unde homines qui subtiles:⁊ asciutos habebunt pedes:ac tibias musculos subleuatos longiores ex plante pedis forcatura:q̃ ex forcatura ad summitatem frontis pauco ventre:⁊ amplo pectore:aut humeris leues erunt:quiqȝ grossas tibias:⁊ lacerta ponderatiores. Uerumtamen ad firmandum pedes:⁊ ad apprehendendum manibus validiores erunt.

¶ Qualiter animalia optime proportionata cito egritudines sentiunt:atqȝ eis resistere possunt:⁊ quod aliter disproportionata animalia agunt. Cap.lviij.

¶ Naturalem regulam esse cognoscimus quod corpora bene organizata cito aduersitates: ⁊ egritudines sentiunt:⁊ etiam ad resistendum ipsis valent. Qui vero male proportionati sunt aliter agunt: nam neqȝ in breui sentiunt:nec quidem possunt deinde longo tempore detrimenta:atqȝ incommoda tolerare.

¶ Cõmuniter videmus qualiter aĩalia debilis complexionis parũ comedunt:⁊ ieiunare nequeũt. Sed que fortẽ ac robustam cõplexionem possident:dum volunt multum cibi assumunt:⁊ fami quoqȝ resistũt.

¶ Debiles vero:aut non recte organizati:nec multum comedunt.nec famem tolerant:⁊ hic rationabile videtur posse debiles cum infirmis comparari: Egrotantes enim vna vice parum cibi assumunt:assidue tamen ipsum expetunt. Infirmus autem nil aliud est:q̃ debilis:aut cuius membra in confusione versantur:quam quidem difficultatem a natura omnia animalia male composita habent.

¶ Differentia inter sanos:⁊ infirmos a natura. Cap.lix.

¶ Cognitio naturalis inter sanos:⁊ infirmos accipi debet:vt in alio libro diximus vbi de claris: ⁊ occupatis cõplexionibus tractatur:nõ enim dicimus natura infirmum eo quod aliquo membro mancus sit: nisi quando infirmitatibus subijcitur:q̄ per naturalem cursum:vel ab accidente veniant:tametsi quelibet cõ

plexio a casu periculum reperit. Infirmitates vero: quas quodãmodo naturales passiones vocamus: non accidunt omnibus complexionibus equaliter. Quanto enim minus digna materia veluti terra: et aqua tã to magis egritudinibus subijcitur: et etiam vnaqueq; melior aut peior temperata est iuxta dispositionem in qua inueniebantur patres: et elementa dum generamur: et hinc accidit sanos esse aliquos de infima materia sortitos: quoniam patres sani: atq; integre etatis erant: tunc quum ipsos generauerunt: et aer qui in eo puncto decurrebat: aut regnabat auster vel fauonius: et etiam ostenditur solem: et lunam non fuisse i oppositione: nec in coniunctione. Nõnulli quoq; appellant infirmos illos: qui non adulti sunt: et senes itidez: ac debiles. Sed quo ad veritatem non possumus recte hos infirmos appellare q̃uis aduenïente infirmita te facilem ingressum contra ipsos habeat. Culpa enim etatis: et non corporis est. ¶ In egritudinibus accidentalibus non ponimus aliam regulam: quia sicut iam superius assignauimus cunctis hominibus accidũt: nisi quod citius sanant: et a maioribus periculis euadũt illi: qui agiliores: ac fortioris cõplexionis sunt.

¶ Quomõ magna sit difficultas ad cognoscẽdũ p̃sonas eiusdẽ cõplexionis. Cap. lx.

¶ Magnã difficultatem esse dicimus ad cognoscendum differentiam inter duos eiusdem complexionis: quia q̃uis essent duo homines ferme equaliter colerici: et quod similiter alie tres complexiones sequerentur. Magna tamen ibi disparitas reperiretur. Unus enim promptior ac leuior in agibilibus corporalibus: alter vero magis intellectum sortitur. Et hec pars siue cognitio non posset adeo distincte ascribi: vt cito cognoscatur: nihilominus facillime possumus ipsam visualiter edocere: quoniam vnusquisq; in seipso quandam demonstrationem habet de promptitudine duricie: aut mollicie sua: sicut dum aliquem colericum cernimus in se promptitudinem demõstrare: et recollecta membra seu breuia: ac dura super illo quod simplicibus colericis datum est: hic autem similiter intelligendum est quod fortis: ac satis promptus erit in actibus membrorum. Et si alter etiam colericus quandam in se suauem temperantiam ostendit ac super se manere absq; dilatatione: aut recollectione suorum membrorum: potest nimiũ admodum in intellectualibus: alijsq; corpori competentibus valere: Quanquaz non sit adeo promptus: nec leuis in principio. Si vero ostendit se habere membra dilatata mollia: et satis carnosa in operibus intellectui competentib[9] prestat potius: q̃ in agibilibus corporis.

¶ In qualibet complexione sunt nõnulli: qui bonum aspectum habent: et isti aliquãtulo rigidi videntur: ac distemperati respectu pulchritudinis eo quod multo maiorem quantitatem melancolie: ac phlegmatis assumunt: q̃ in factionibus suorum membrorum ostentant: hoc est dum eos prima facie aspicimus. Quũ autem aduertimus omnino voces eorum sparsas cognoscimus tanquam de phlegmate sortitas: et duras ad similitudinem melancolie. In factionibus tamen quemadmodum colerici esse videntur: licet in colore aliquantulo magis rubri: Sed dum voluuntur aut plicantur duriciem demonstrant: et in his quoq; aspiciendum est quis magis: et quis minus has proprietates ostendat: et hoc modo de quacunq; complexione cõsiderari oportet. He autem disparitates: aut similitudines varie accidere solent iuxta dispositiones patrum: et elementorum quando generati sumus: et secundum qualitatem terre ex qua hanc generationem accipimus: quia penes hanc frigiditatem: caliditatem: altitudinem: humiditatem: aut siccitatem sumus sani: infirmi: fortes: aut debiles.

¶ De aduertentia quam homines habituri sunt: dum ad generandum filios operam dant: vt habiles nascantur. Cap. lxi.

¶ Cũ a natura oĩa aĩalia que habilia mẽbrorum sunt super alia eiusdem speciei: atq; generis extimantur: maxime adhibenda est cura in tempore generationis: quod patres i p̃spera valitudine sint: vt filij nascituri eis assimilari queãt. ¶ De similitudine vero in bona: siue i mala parte nil dubitat. Sed de bona q̃rendũ est. ¶ Et vt facilius a quocũq; ea: que dicimus agnoscantur: nõnulla exempla in brutis sepenumero visa adducemus: vt in capite alterius omnes doctrinam capiamus: qd̃ si volum[9] facile erit. Dũmodo rationalẽ naturã nostrã assequi velimus. ¶ Exẽpla siquidẽ talia sunt. Cõtingit sepe animalia siluestria: et domestica simul in coitũ generatiõis incurrere: vt anseres: anates: et sues fetus: siue filij: qui nascuntur: quãuis i domibus nostris: et iter hoies nutriant: p totã vitã quandã vmbrã: seu instinctũ siluestrem obseruant.

¶ Leuiores:⁊ fortiores tātum sunt:quam si de patre.⁊ matre domesticis nati. ¶ Quamuis hec animalia eiusdeȝ speciei sint solū quia sus masculus est syluester:⁊ femina domestica:filius obseruat semper aliquam similitudinem patris syluestrē:atqȝ fortem:vnde fit quod omnes sues domesticos deuincit:vbi plenum exemplū capere possumus ad cognoscendū quomodo homines:⁊ mulieres se habere debent ad propagandos filios:dum simul concurrunt. ¶ Nam si patres senes sunt semen distemperatū apponūt: ⁊ ita filij intemperati nascuntur : ⁊ cito senescunt:si iuuenes patres:propagationes debiles oriuntur:si infirmi filij quoque:non intelligas sub ea infirmitate patrum:nisi inhabiles:⁊ ad infirmādū prompti. ¶ Sȝ hec dimittam⁹:⁊ ad alias veniam⁹ expositiones:que secundū exercitia:⁊ cibos:quos assequimur causant.

¶ Nam si patrēs in ocio degunt ⁊ abundātiaȝ ciborum accipiunt filios tanquā porcos pure domesticos generāt:quoniam nil de fortitudine nil de habilitate in eis apponunt de vera habilitate loquendo .conuersabiles:aut ad doctrinam capiendaȝ apti esse possunt: dummodo patres curiales: aut in conuersatione suaui multorum hominū dediti sint:vt principibus:⁊ quibusdā alijs magnatibus hominibus cōtingere solet:quia quamuis maximā quātitatem ciborum assumāt:⁊ tanquā ociosi in motu membroꝝ maneāt quia assidue de conuersandis pluribus hominibus diligenter intelligunt:filios bone indolis generāt ad capiendam doctrinā promptos:tamen de raro fortes si patres ociosi manent:aut in locis clausis:vel occupatis: quoniā ita principes veluti alij homines:ita membra sua:si volunt:exercere possunt: tunc vero filios fortes: atque habiles generabunt. ¶ Nā etiā rustici qui pigri sunt filios etiam pigros generant.⁊ rudis conuersationis:nā sperma eorum nimiuȝ inhabile est:⁊ tanquam siluestre circa conuersationem.quoniā dū membra nostra habilia: atque sana manent:omnia que in his membris sunt similiter se habent : vnde fit quia membra repleta ciborum:⁊ ociosa sperma rude:atqȝ impurum producunt. ¶ Nequidē inferendum sit quod exempla iam ō brutis posita de varijs speciebus simul occurrentibus ad coitum intelligatur veluti de asino:⁊ equa:sed quod in vna sola specie similes diuersitates non contingūt tamē quod sues siluestres: ⁊ domestici eiusdem speciei sint probatur:quoniam filios:quos simul generāt:etiam generant alios: ⁊ id quod de patribus diuersis in specie nascitur non potest filios generare. ¶ Et hec est potissima regula ad comprehendendum absqȝ ambagibus ea animalia:que de vna:⁊ eadem specie sunt:⁊ que de diuersis.

¶ Ita prosequendo animalia diuersa in specie dummodo habeant sexus accomodatos ad concurrēdū in actum venereum:simul filios generare possunt:preter hominem: qui non potest generare nisi cum specie sua. Sed ad propositum dum animalia varia in specie generant filium : inhabilis est ille ad generandum:⁊ quod oritur de ansare domestico:⁊ siluestri:⁊ quod nascitur de sue domestico: ⁊ siluestri sunt apti ad generandum: vnde constat porcos siluestres:⁊ domesticos eiusdem speciei esse ; ⁊ per hanc viam discurrendo facile agnosci potest qualiter omnes canes de vna:⁊ eadem specie sint : quoniam dum in coituȝ occurrunt cuiuscunque generis sint : id quod ab eis nascitur etiam filios generat . ¶ Circa dispositiones locorum vbi filij propagandi sunt animaduertendum est:quoniam omnia animalia tam plante:quam sensualia nimium de dispositione locorum in producendis fructibus cognoscunt:⁊ non tantum aspiciunt principium natiuitatis : aut vbi generata sunt : immo etiam dubitationes vbi indies transmutantur : gratia exempli.deducimus equum:⁊ equam de hispania ad galliam postmodum generant filium. equus qui in galliam generatur:⁊ nascitur quamuis ab equo: ⁊ equa hispanis nunquam ita bonus seu habilis exit veluti si in hispania generaretur:⁊ filij: qui deinceps ab illo filio generantur:adhuc debiliores sunt:in quo exēplo animaduertere possumus de locis ad filios generandos appropriatis.

¶ Signa principalia ad cognoscēdū homines:qui solent pingues fieri. Cap.lxij.

¶ Signa breuiora ac principaliora ad cognoscēdū hoīes:qbus piculū pinguescēdo īminet: tria esse dicimus:quoꝝ primū ē quod pūctas digitoꝝ subtiles habeat ₰m quod pūcte dure : ac solide fere tāquā intēperate:aut liscie:vel solide:⁊ tactui insipide. ¶ Tertiū ē quod lȝ homo valde tenuis sit ī quacūqȝ etate ipsuȝ accipimus faciē solidā:aut extēsaȝ pellē hȝ vt vndiqȝ plena videat̄ sine rugis: q eniȝ tēperatā effigiē possidet seu ī mō submisso quāquā plena carnis sit nō pinguescit ī albo saltē ī quātitate. Sed hic habebit summitates digitorū potius latas molles: ac tēperatas.hec eniȝ ē cā quin pinguescāt illi qui dum paruuli sunt crassi dicunt̄:⁊ postmodū attenuati:⁊ alij:qui in adolescētia subtiles erāt : ⁊ cū tpe pinguefacti. Qui

vero in tenera etate sciuisset ipsos ꝯsiderare cū iisdē ꝯditionib⁹: quas hic ponimus cognouisset qs pingue fieri debebat: ⁊ qs attenuari: aut seq illud mediū: qđ ī iuuētute iuxta ꝯplexionū proprietatē ostēdebat.

¶ Regula ad faciliter cognoscendū quis magnā memoriā habeat. Cap.lxiij.

¶ Ad cognoscendū de facili quis magnā memoriam habeat absqꝫ aliquo prolixo fundamento tres principales partes sunt respiciende: quarū prima est quod caput rotundū sit: altum: ⁊ per tēpora subleuatū: secunda quod frontē magnam vel in anteriori pate superciliorum eleuatā. Tertia vero quod per omnia membra viuacitatem cū duricie ostendat ita ꝙ in his magnam memoriam sortitur: ⁊ quanquam non nisi vnā istarum habeat semper sufficientem memoriā continebit cuiuscunqꝫ complexionis erit: hec enim signa promptā melancoliaꝫ: aut bene temperatā denotāt: ⁊ quod sanguis ipsam assequatur.

¶ De proprietatibus: que augent: aut minuunt memoriā. Cap.lxiiij.

¶ Omnes homines: qui dure complexionis sunt in memoria crescunt ad similitudinē duriciei seu melācolie. Relaxato tamen corpore memoria in eis debilitatur: ⁊ in suauitate: atqꝫ inuentione crescit. Neqꝫ hic recte relaxatum dicitur nisi aliquantulo mollificatum: seu temperatum. Considerandū est etiā qualis hec duricies sit quoniam si aliqua persona turbata: vel occupata est cuiuscunqꝫ cōplexionis tarde concipiet: ⁊ paucā memoriā habebit. ¶ Circa memorias hominum: ⁊ ingenij promptitudinem: tarditatem atqꝫ inuentionem quemadmodum de actibus ipsorum membrorum ad extra vidimus ab intrinseco considerandum est. Sicut enim melācolicus integre vel rigide ambulat eodē mō memoria eius se habet licet nō velox sed valde retentiua. ¶ Sanguinei vero in capiendo ac dimittendo citi sunt in actibus membrorum ⁊ sic talis est eorum memoria: ¶ Colerici temperatiores ⁊ cōmunes ad quoscunqꝫ actus: quocirca eorū memoria semper in inuentionibus discurrere videtur. Sed paꝝ obseruāt ea: que inueniūt. ¶ Phlegmatici ī principio: ⁊ fine suoꝝ operū tardi sunt: pariterqꝫ ī memoria: ex quo talē similitudinē adducere possumus inter memorias ita dicēdo. ¶ Melancolici vidētur quicquid accipiunt quodāmodo marmori inscribere. ¶ Colerici in tabula. ¶ Sanguinei in papyro. phlegmatici vero in tela.

¶ Quare paucā reminiscētiā possideāt illi quos dicim⁹ eē magne memorie. Cap.lxv.

¶ Illi: quos magne memorie esse dicimus: paucam reminiscētiā habent tametsi de aliquibus minimis verbis recordātes: deinceps totū capitulū ī mēte narrēt. vbi vero diuꝫ verboꝝ obliuiscuntur videntur ferme post ipsa hostiū obserare. Ideoqꝫ oportet fere tāquā ex nouo redire ad adiscēdū illud qđ prius sciebant. Alij vero nōnulli: vt colerici minus retinēt: qꝫuis ī toto obliuiscantur de aliqua prius nota facultate dū incipimus narrare historiā: vel materiā recordantur: aut ī memoriā venit: alias illā sniam itellexisse: q2 vtplurimū quoddā vestigiū: siue signū restat đ illo qđ prius didicerāt. hic aūt quo ad similitudinē dicimus taliter memoriā se habere: sicut qñ aliquod vulnus ī mēbris nostris patimur: q2 qꝫuis nobis videatur sanos eē: semper aliquod istar remanet ī quo vulnus erat: ⁊ ꝑpterea si cicatricē aperire volumus facilius ē: qꝫ si alias non fuisset scissus locus ille: ⁊ similiter memoria nostra se hꝫ: quoniā lꝫ de illo: qđ scimus obliuiscamur: ī memoria tñ aliquod vestigiū remanet: aut dexteritas: ꝑ quā faciliter redigimur ad illud qđ olim sciueram⁹: qꝫ ad alias facultates: de qbus nullo tempore noticiā habuerimus.

¶ Qualiter ꝯsiderāda sit drīa iter spēꝫ: ⁊ spēm sicuti iter vnū hoieꝫ: ⁊ aliū. Cap.lxvi.

¶ Queādmodū iā ī plurib⁹ locis đ drīa iter ꝯplexiones hoiuꝫ tractauim⁹: ita pariter ꝯsiderādū ē de vna spē animaliū ad aliā. Quedā enim spēs gñaliter magnā partē đ vna ꝯplexione assumūt: ⁊ quedā de alia. Hec quoqꝫ varietas circa diuersas ꝓuincias crescit q2 ī hyspania: aut grecia vniuersaliter multū đ colera: ⁊ sanguine animalia accipiūt. ¶ Galli vero germani: atqꝫ hūgari đ phlegmate: ⁊ melācolia ī maiori pte sunt ꝯpositi: ⁊ ēt si diuersas spēs accipimus qꝫuis ī eadē ꝓuincia sint: vna earū multū melācolie acci

pit sicuti:ꝛ vrsus: alia vero de colera vt leo:ꝛ similiter i alijs spēbus sequit̄ ſm varias regiones:ꝛ animalia differētiā assignādo:ꝛ p huiusmodi viā cibi salubriores sunt:ac potius tēperati i vna patria:q̄z i alia:ꝛ sic carnes sanguineoꝝ tenere:ac subtiles sunt. ¶ Colericorū asciucte:vel cū pauca humiditate.ꝛ temperate. ¶ Melācolicorū dure:atq̄z grosse phlegmaticoꝝ vero molles:ꝛ sparse. ¶ Preparata coria animaliū colericoꝝ solida sunt: ꝛ pauce crispedinis: ꝛ in se maximā spissitudinē ostēdūt. Jccirco diutius: q̄z alia durāt. ¶ Coria sanguineoꝝ liscia:aut solida:ꝛ subtilia. phlegmaticoꝝ mollia:ꝛ sufficiēter grossa:tamen dislanata. ¶ Melācolicoꝝ aūt grossa:ꝛ crispa:ꝛ crispedo in quātitate grossa:aut collinosa.

¶ Qualiter ꝯsiderāde sint animaliū factiones vtpote vbi longe:ꝛ vbi breues esse debent: ꝛ quo pacto similia mēbra mensurāda sint. Cap.lxvij.

¶ De cōmuni cōsuetudine animaliū factiones aspicimus volentes cognoscere an fortia:debilia:grauia: leuia:ac magni:vel parui anhelitus sint:ꝛ prosequēdo de eiusmodi conditionibus:que via optima ē:q̄uis complexiones distincte nō cognoscamus quādoquidē ex longa consuetudine generatur talis habitus nobis ostendens:que factiones significent fortitudinem: ꝛ que debilitatem. Nihilominus vtilitas emanat de cognoscendis ꝯplexionibus. Quippe quod in quacūq̄z complexione aliquatenus membrorū varietas reperitur:ꝛ tū in operādo conformantur:dum de vna complexione:aut parum discrepāter. ¶ Jn cognoscendo per consuetudinem aliq inueniuntur ad condecentē perfectionem effusi. verumtamen difficile est perfectā haberi cognitionem de animaliū robore:debilitate leuitate:aut grauitate si eorū complexionez nō cognoscimus:aut ratione vndiq̄z dimetiri scimus. Unde mensurā fortiū:ac temperatorū inuenimus esse propriam colericorū animaliū factionē:aut multū in sua cōpositione d aereo elemento assumētiū. ¶ Signum fortitudinis in quocunq̄z animali quemadmodū i alijs partibus dicimus est: quod longum sit de groppa:aut ancis:ꝛ i quoquomodo demissis hoc est:quod non sint alti galloues:nec super groppa i modo canalis:nisi quod mediū ancaꝝ sit altius:q̄z i aliqua alia pte:ꝛ i modo equali:vel decliui veniat depēdendo altitudinem vsq̄z ad imum: ¶ Et vbi longa groppa semper pectus est longum. pectus enim ad ancas correspondet:ꝛ vbi ance:ꝛ pectus est longe necessario cinctura:aut sellare curtum: seu breue: ꝛ si curtum d sellari:ꝛ de pectore:ꝛ ancis longum:seqtur quod forte:ꝛ huiuscemodi quoq̄z temperata animalia. ¶ Aduerte tamen quod etiā sunt quedam animalia melancolica:ꝛ multum de terra assumentia:curta d sellari:pectore ampla:atq̄z ancis fortia pro vno ictu attamē distemperata sunt:ꝛ ista sunt breuia de tota persona ancis pectoribus sellaribus:vel cincturis:ꝛ ita de alijs membris. Sed colerici solum de cinctura sunt curti respectiue ad alia membra. ¶ Ubicunq̄z vero curta anca maxime si ossa quadrilium alta tenet: aut multum subleuata debilitatem:ac distemperantiam significat. ¶ Ualde aduertendū est super alia parte quum maximopere principalis sit:hoc est:quod pectus bellatoris equi:ac similium animalium esse debet super ea figura:qua est pectus auis:q i anteriorem partem dirigatur:ꝛ acuatur ita quod habeat multuz de tergo:vel spina per mediū spatularum eunte vsq̄z ad spinam pectoris:ꝛ parum comparatiue de vno latere ad aliud. ¶ Et de hac factione sunt fere omnes colerici. ¶ Attamen sciendum est quod aliqui sanguinei:aut sanguinei phlegmatici melancolici pectore valde anterius subleuato:ꝛ concauis spatulis fortiti sunt fere quod spina anterius erga pectus ponatur:ꝛ summitates spatularum:aut origo brachiorum retro gredi ostendunt. Quocirca similes homines:vel alia animalia etiam sunt pandi:vel insellati de cinctura hoc est lumbis infimi ad partem ventris declinando quorum vero nullus ad proportionem sue magnitudinis accipiendo est fortis nequidē magni anhelitus:aut laboris:quoniam de magno anhelitu: ꝛ magno labore conuertuntur:aut idem sunt. ¶ Tergū vero:vel spina non debet esse concauuz:nisi ferme equale cuz summo:vel cartilagine spatularum. Et hoc modo valde distat ex tergo ad pectus nequidem conuexum esse debet. Omnes enim gibbosi ad monstrosam similitudinem tendunt:ꝛ hi curtum habent collū:paruz de persona dispositi sunt:q̄uis sufficientē fortitudinem haberent. Nos autem nō dicimus de tali altitudine tergi:nisi quod directe vadat:ac parumper super alto comparatiue ad alios homines tanto quod non tendat ad monstrositatē:qui q̄uis velint se erectos ponere super spatulis fixi esse videtur:ꝛ quod collum super pectore de necessitate cadere vult:ꝛ illi quos in hoc loco comendamus licet de cōsuetudine: aut voluntate faciendi cū tota persona:aut cū solis spatulis anterius tendant pene inualcati quotiescūq̄z se suble

uare volunt: directi manent nullam tumiditatem: neqꝫ nuditatem super spatulis. hi quoqꝫ collum satis longum habent penes eorum complexionem. ¶ Et quod maior fortitudo sit habenti magnum spacium posterioris spine ad punctam pectoris: q̄ unius lateris ad alterum rationabiliter ostenditur: nāqꝫ omnes magne vires: quas agimus sunt eundo per directū ad anteriorē partem: vel retrocedendo: nec vlla magna fit super latere taliter: quod factio in longum directa ex tergo ad pectus vadit super extenso anterius: ꝛ ampli de latere ad latus: aut de humero ad humerum in transuersum fortitudo vadit: vnde oritur de necessitate talis differentia: vt quando cum lancea: vel palo punctim per directum iacimus quod magnū ictū suffert absqꝫ q̄ frangatur. ¶ Si autem ex transuerso percutimus: cito rumpitur: ita quod homines: qui longi sunt ex tergo ad pectus vim per directum agunt. Quiqꝫ amplus de humero ad humerū per trāsuersum. Unde necessario sequitur meliorem esse factionem in longum directam supra pectus: q̄ de humero ad humerum. ¶ Nihilominus dum ponenda esset vis per transuersum: aut super latere dicendum est: q̄ qui ampli sunt de humero ad humerum magis appropriantur. Attamen ista factio longa ex spatulis ad pectus potius hominibus: q̄ alicui alteri animali est vtilis. Totam enim vim ferme supra pectus agimus: quoniam in altum subleuati imus: ꝛ alia animalia anterius super quatuor pedibus protensa adeo quod vim quasi equalem per omnia membra capiunt. Tamen in cunctis animalibus hec factio est magne fortitudinis signum. ¶ Ad mensurandum de facili quis longus sit de tergo ad punctam pectoris: ꝛ quis de latere ad latus oportet quod homo ponatur in aditu cuiusquam hostij inter duos cardines: aut parietes vni tamen herendo cum spatulis: ꝛ quod iunctim: ac directe quantū poterit maneat. ¶ Hinc capiendus ē vnus palus: qui ex pectore ad alium cardinem. aut murum eiusdem aditus hostij veniat: potest etiam ex transuerso eadem mensura capi. Unde faciliter ac certe videtur quis longus sit ex tergo ad pectus: ꝛ quis de latere ad latus. ¶ Et eadem mensura capi potest de equis ī aditu cuiusqꝫ ianue quod veniat vnus palus: aut mensura ex vno hostij cardine: ꝛ alius ex alio ad equi latera: nam forsasse nollet quisquam cardinum attingere duo pali: aut mensure capiende sunt. ¶ Et ad mensurandum altitudinem: aut longitudinem crucis super spatulis ad pectus ponendus est vnus palus super humeris: aut crux: que ex spatulis vsqꝫ ad latus: aut versus aditum ianue veniat: ꝛ subtus pectore mensurandum est cum alio palo vsqꝫ in terram licet quod quum vnus equus de tibijs sit longior alio etiam mensuranda est illa maior: aut minor tibiarum longitudo vt sciamus quantum sit vniuscuiusqꝫ bustum.

¶ De quadam aspicientia super naturali situatione membrorum animalium: q̄ vtilissima ē atqꝫ vniuersalis ad multa pauco labore de animalibus cognoscēda. Cap. lxviij.

¶ Fere per viam in superiori capitulo expositam quendam vtilissimum ordinem inscribere possumus ad cognoscendum paucis verbis: aut cum pauca difficultate animalium aptitudinem. Primum itaqꝫ dicimus quod vniuscuiusqꝫ animalis amplitudo: vel dimensio per transuersum assumpta non ex posteriori parte intelligas: nisi per diametrum: eo modo quo diximus de mensurando in alicuius hostij aditu: q̄ amplissimus ex spinatio ad cuspidem pectoris: aut de humero ad humerum hoc modo dimetiri possumus tres partes: que equales: vel fere equales in animalibus resultare debent: hoc est ex vna puncta digiti pollicis: aut indicis vsqꝫ ad punctā alterius pollicis: siue indicis in altero pede: in clunibus vnius ossis clunaris vsqꝫ ad aliud: ꝛ ex vno humero ad alterum assumendo per illud directum. vnde sub axilla euenit. Brachiū enim humerum exauget ita quod q̄uis brachia declinentur lateribus ipsa adiungendo si quisquam bone factionis est venit per vnam manum: aut cum pauca differentia ex humero ad humerum magis q̄ ex clune ad clunem: aut ex vno osse ance ad aliud. ¶ Mensura puncte vnius pedis ad alterum in quolibet capienda est tunc quum exolutus aut sine aliqua arte ambulat iccirco in sensualibus animalibus semper recta hec regula obseruatur fere equales esse in eis has tres partes in latitudine. Quiqꝫ ad hoc signum propinquior fit maiorem pre se fert fortitudinem ac temperantiam: ꝛ per eundem ordinem in oppositum assumptum: qui magis deuiat is vtiqꝫ distemperatior. ¶ Aduertendum est hoc modo quod post perne ossis cluniꝫ

ſubleuate eant ad exteriorem partem tendendo erga medium crus:⁊ ex medio crure vſqȝ ad genu pende
re debet cum ſuauitate pauco rigore:aut quantitate ad interiorem partem:⁊ quod ex genu inferius aliquã
tulo incipiat foras tendere vſqȝ ad plantam pedis.Attamen parum eſſe debet : ⁊ ſuauiter puncte pedis
paululum foris:⁊ non nimium:Qui enim punctas valde foris pendentes ducunt deformes ambulãt : ac
diſtemperati ſunt:quia aut multũ de phlegmate accipiunt: ⁊ iſti magnos pedes habent reſpectiue ad ma
gnitudinem pernarum : aut quod melancolici ſunt ſanguinei phlegmatici:Nihilominus parum ꝺ phleg
mate tenent curtos pedes : ac paruulos paſſus agunt : vel ſe facturos oſtendunt fere in modum anatum
nodoſas habent iuncturas vel aliquantulo groſſas comparatiue ad groſſitudinem canicularum : vel ter-
tiorum tibiarum pernarum crurium tabularum brachiorum:atqȝ tirorum : vel muſculorum.¶ Phleg-
matici : qui vertunt punctas pedum exterius : aut magis proprie : qui eos torquent : aut obliquant ma-
gnum oſtendunt laborem in ſubleuando ipſos a terra.Quiqȝ pernas nimium foras vertit: ſeu extramit-
tit pro maiori parte vnũ genu cũ altero tãgit. ¶ Ex his quedam ſunt fortia animalia non tamen aſpectu
formoſa licet temperatiora q̄ȝ oculis inſpiciantur.¶ Aliqua ex eis optime currunt attamen quando ſub-
tiles habent tibias:⁊ pedes ad longum tendentes:ac macros. Sed de ſimilibus nullum eſt magnas vi-
res ſortitum:quoniam tibiarum groſſicies cum alijs membris dedecet.Qui clunium oſſa ampla habent:
aut habere videntur : ⁊ inde deperditum vadunt vſqȝ ad plantam pedis ſe reſtringendo duri ſunt : ⁊ di-
ſtemperati:⁊ hi magnum ſortiuntur interuallum:ſiue ſpacium ex vno genu ad alterum : aut quod arcata
dicamus exterius per genua tanto quod puncte pedum fere interius veniunt:⁊ vnum circa aliud.Hec pro
prie melancoliam ſignificant.¶ Nullum ſimilium animalium eſt temperatum:ſed pleraqȝ eorũ fortia:
nam ſepe in eis accidit quod corporum magnitudine dimetiantur ob quam ſimul cum duricie ſi non eſ-
ſent ad magnum opus exequendum ſaltem pro fortiſſimis circa vulgus reputantur . ¶ Huius comple-
xionis:atqȝ factionis multi equi frixones:⁊ theutonici inueniuntur:nec vllus ex eis magnus curſor eſſe po-
teſt:q̄ȝuis aliquantulo melius ſaltent:q̄ȝ currant.¶ Pro iuſtra tametſi corpulẽti ſint groſſis tibijs:ac ma
gnis pedibus:nullo quidem pacto boni ſunt:quanquam veteres iuſtratores forte ad huiuſmodi ſecretum
minime inſpexerunt:⁊ iccirco prompta eſt ratio taliter procedendo . Unus equus:qui ex propria eius na
tura ambulat fere iunctis pedibus:aut parum aperto vno ab altero ex ſolea poſterioris pedis vſqȝ ad os
clunis excreſcens in amplitudine vadit:tum etiam ex ſoleis: ſeu plantis anteriorum pedum vſqȝ ad dimi
dium ſpatularum ita quod amplitudo ſuperius manſura accedit: ſtrictum vero inferius . ¶ Capiamus
nunc exemplum de aliquo edificio vt de pariete:quod ſi in fundamento ſtrictus eſt: ⁊ in altum gradiens
vadit in amplitudinem excreſcendo quodcunqȝ paruum inconueniens:aut ictus ipſum quatiens demoli-
tur.Nõ eniȝ ſubtus fundamentum habet in lateribus reparans ne ſupra eos ruat: ⁊ ſic dum aliquis mu-
rus in lapſum tendit obſidem:vel repagulum iacimus quod ex latere veniat capiendo ſpacium funda-
menti multo maius illo quod paries habet:⁊ eodem modo equi ſtrictis:aut fere iunctis pedibus ambu-
lantes licet fortiſſimi ſint in iuſtra ſeu conflictu non habent in quo latere ſe affirment:⁊ ideo cadunt:atqȝ
facilius.Nam ex ſeipſis quoqȝ diſtemperati ſunt:aut quod dicamus duri . ¶ Quamobrem pro iuſtra
multo meliores ſunt equi:qui tibias:ac pedes habent paululum exterius pendentes licet non tam fortes
eſſent:quoniam in eis ſe affirmant tanquam in punctalibus.¶ Tum etiam ꝺ ſe plerunqȝ temperati ſunt:
qui hanc complexionem ſortiuntur.¶ Equos:aut aliquod aliud brutum animal non poſſumus inſtruere
vt pedes ferant magis vnitos:vel apertos:q̄ȝ natura eis tributum fuerit: homines tamen edocere poſſu-
mus : ⁊ melius ac promptius preceptum quod datur: eſt quod quando ex accidente operamur natura-
lem ordinem a natura in corporibus bene compoſitis poſitum imitemur: quemadmodum ſuperius dixi-
mus : quod quando ambulamus ſine reminiſcentia punctarum :digitorum : pollicum:pedum : aut indi-
cum tantum vnus ab alio deuietur: quãtum homo amplus ſit ex vna clune ad alteram:⁊ cuȝ ſpacio vni⁹
humeri ad alterum:ſicut expoſuimus:quãuis puncte minimorũ digitoꝝ continere debeãt de ſpacio vnius
ad alium circa vnam manum:aut cuȝ pauca differentia magis:q̄ȝ ex vno humero ad alteruȝ.In clunibus
aliquanto minus ſpacij propter brachiorum groſſiciem : ſicut iam dictum eſt . Si luctamur : currimus :

aut iacimus: vtpote baculum: vectem: saxum: esquina hyspano idiomate nuncupatum: aut cantus grossus in hoc eodem compassu obseruaturi sumus: quandoquidem nos presto inuenimus: atque ex pedibus ad eundum anterius posterius: et per latera ac semper compassatis viribus: et tibias magis aperiendo quāuis corpori repagulum faciant ne ad latera declinare queat permittunt ipsum faciliter anterius: aut posterius cadere. Non enim possunt cum tempore congeri ad ponendum se inferius: et ad eius sustentationem: si pedes iuncti sunt: aut fere iuncti: Maxime si vna puncta pedis alteram respicit quod cunqꝫ paruum strategema: vt tornus de facili taliter euntem prosternatur: licet suapte natura pernas haberet foris pendentes: et iccirco luctando respiciendum est: quod quando alter passum agit circum eundo si pedes vnit eodem puncto armetur super illo latere in quo corpus magis amplum: aut exterius: quā pes remanet. Ita quod obseruato hoc naturali ordine maxima resultat cognitio de fortitudine debilitate temperantia: ac distemperantia animalium quo ad artem quoqꝫ nimium adiuuat. Quidam subtiles pedibus: ac pernis sunt: et grossi pectoribus: vel humeris: et leues sunt. Sed vt satis temperati: atqꝫ leues necesse est quod tibias: ac pedes aliquantulo foris habeant: sicuti iam scriptum est: Quia quum arbores de se quo ad truncum circa fundamentum ampliores sunt: et inde paulatim vadunt deperdendo in edificijs quoqꝫ ad hoc quod fortia sint eadem regula est obseruanda: ita et nos ex accidenti oportet taliter pedes disponere quod eorum puncte aliquod maius spacium: quā humeri: et clunes capiant: quod quāuis natura aliquod concauum: seu spacium dederit inter vnam tibiam: atqꝫ aliam: vt ambulare possimus ad hoc quod fortes maneamus nos accomodare debemus aliquanto magis amplos: seu spaciosos subtus: quā aliunde vt iusta mensura quodcūqꝫ superius membrum acquiescat super eo spacio quod pedes capiunt: ac distantia vnius ad alterum tametsi deuiandum non sit: preterquā in modo: quo ambulant illi: qui natura bene compassati sunt. Dum enim nos adiungeremus: aut exampliaremus in maiori quantitate distemperaremur. ¶ Equitando eundem hunc ordinem in membris nostris obseruaturi sumus: vt in suo proprio loco apparet.

¶ Quamobrem decet omnia animalia tam volatilia: quam quadrupeda esse munita in partibus superioribus: In inferioribus vero gracilia: vt leuia esse queant Cap. lxix.

¶ Cum superius aliqua signa fortitudinis in animalibus posuissemus: nunc vero in hoc capitulo prosequendo ferme tantum de signis leuitatis agemus: licet quod in alijs locis describendo complexiones multa de leuitate: grauitate: temperantia: et rigiditate posuimus: quāuis fere tantum in hominibus exemplabamus: nunc enim de omnibus animalibus perfectis tam de volatilibus: quam de quadrupedibus dicemus: semper tamen eodem signo in omnibus obseruato: quod in hominibus alibi posuimus. signum vero tale est: quod membra in partibus superioribus nimium munita sint: in inferioribus siquidem subtilia: vt lacerta et manus idest de cubitis ad inferius gracilia. musculi vero: aut de cubitis ad humeros: humerus ipse: et pectus grossa: seu munita cinctura super lumbos: vbi cingimus subtilis: coxe grosse: de genu vsqꝫ ad inguines: tibias vero infra genua graciles: que signa in omnibus animalibus denotant leuitatem: vnde aspiciendum est quod nullum animal multum munitum carnibus in naticis: aut gruppa: et diminutum in pectore potest esse leue: et ita sepenumero contingit in aliquibus equis: vel mulis: qui habent longam gruppam: et in modum pluuiosum: hoc est quod non habent alta ossa clunium: sed submissa: que ambo sunt optima signa: et tamen quia de humeris: aut super scapulis ad pectus habent paucam: quāuis possideant collum subtilem: et caput paruum: talis equus semper parum currit: licet quod sepe istius complexionis sunt de bona natura: mansueta: et sufficienter tolerant labores: sed carent leuitate: nā oportet vnūqđ

que animal vt leue sit:in partibus posterioribus:seu inferioribus: idest circa naticas subrefacinatum esse. habens pectus magnum: videlicet de humeris ad pectora : pectus ipsum vero non in modo tabulato seu quadrato:sed veluti rostrum nauis vel pectus auis esse debet. ¶ Aues omnes siquidem que leues in volando sunt aut veloces in transeundo per aerem : ⁊ durabiles volatu:diminutas habent clunes circa coxenda:aut inguines:pectora grossa:alas longas:atq; pēnas vt falco:⁊ accipiter:aquila: columba:hirundo:in hyspania vero auion vel vēccio:⁊ Rundonon in vulgari italo:ita denominatus habet similitudinem cum hirundine:⁊ tamen maior:⁊ niger est:⁊ ita diminutus:aut breuis in tibijs:⁊ longus de alis: qui cum cadit in plano non valet ad seipsum leuandum:contra quam difficultatem surgendi natura ei tale instinctum dedit:quod semper in loco nimium decliui:aut alto sederet:ex eo quod permittendo se cadere volare posset:nulla auis de qua nos cognitionem habemus est ita diminuta: de tibijs ad proportionez corporis sui veluti ista quam rundonon vocant : nequidem munita de alis:neq; quod tantū velociter volitet:saltem quo ad visum nostrum :⁊ semper ferme vniformiter:quedam aliarum specierum auium: sunt in pectore satis munite:breues tibias:⁊ coxas satis graciles habentes:⁊ tamen quia pēnas in cauda habent curtas.⁊ capita maxima:parum volant in velocitate:⁊ duratione:vt bubo:niticorax:⁊ similes aues: que in nocte ad venandum ire solent. ¶ Alie aues aliarum proprietatum etiam inueniuntur ita longe tibias:⁊ colla atq; rostra habentes:in cauda breues:que in velocitate volandi diminute sunt:vt grus:cicōia: ⁊ similes:⁊ tamen dum sunt in altitudine competenter longitudine temporis volando manent in aere:sed nō nimiū eo:quod crura sunt longa:⁊ capita collum:atq; rostrum:⁊ omnia hec nimium ponderant:⁊ plumis sufficientibus ad volandum carent:in his membris. ¶ Nonnulle alie sunt aues veloces volatu: sed in duratione deficiunt:vt anates:⁊ perdices:tamen perdices cum minore velocitate volant: Quoniam coxas habent satis minutas:anates vero licet alas longas non possideant:q; in partibus posterioribus circa gruppam seu coxenda graciles sunt fortiter volant per illud spatium quod vadunt.ansares vero etiam sylueftres quasi multum in parte posteriori munite sunt carent velocitate volandi in cursu:siquidem omnes aues habentes tibias grossas:breues:aut longas:atq; longas alas sunt diminute:vt aquila:buter : rundonon:anas:anser:inter longas siquidem ciconia:grus:omnes he ⁊ similes in velocitate currendi deficiunt. perdices vero ⁊ fasiani:coturnices:⁊ similes:que habent tibias infra genua subtiles:coxas grossas: nimiū currunt. ¶ Et inter alias aues:quas ego hactenus vidi galline indiane:aut ita denominate nimium i cursu preualent:⁊ etiam tibias habent subtiles:currunt ferme quantum homo:aut cū pauco discrimine. Huius generis gallinas:illustris dux Ferrarie hac tempestate plures habet:velociuscule volant. sed non nimium nequidem in longitudine vadunt. ¶ Et aduertas quia etiam hec signa de tibijs auium posita in omnibus alijs animalibus veritatem tenent:quare nullum animal habens in specie sua: aut in genere crura nimium longa:⁊ gracilia aut grossa:atq; curta inuenitur leue in cursu:licet coxe respectiue ad tibias in quocūq; animali grosse esse debent:vt ad currendum valeat:quo fit vt nullum animal:quod tibijs nimiū munitum est:ad grossitudinem coxarum comparate:q; in leuitate preualeat.

¶ Differentia inter magnos homines:⁊ paruulos in membrorum exercitijs:ac de temperatis seu discioltis:⁊ rigidis:⁊ quod maiores:ac disciolti preualent. Cap.lxx.

¶ In hoc autem libro causa breuitatis tantum nonnullos modos operandi in membrorum laboribus designamus. Sed de probatione quod ita sit:aut non sit parum:vel nihil ponimus: intelligas in modo argumentandi. At solum descriptiones accōmodamus:quod auribus sentiantur:vel rationi congruant. ¶ In pluribus locis:dum de maximis membrorum laboribus agimus:corpora magna : ac temperata : seu exoluta que in vulgari disciolta dici solent:paruulis:⁊ rigidis prestantiora esse dicimus:quod sepe aliter circa vulgus habetur. Uerumtamen in similibus non est de vulgo curandum. Sed quia contingere potest quenquam doctum:ac peritum in hoc libro lecturum esse:⁊ magnos:ac disciolros : quos nos preferimus:arguet:aliqua de ijsdem fundamenta sunt assignanda.

¶ Nam opponendo dici potest sepe:aut plerūqꝫ videmus mediocris stature viros in membrorum ope
rationibus magnos excellere:⁊ experientia tenetur tanquam mater rerum idest pro vltima probatione as
sumitur:itaqꝫ dicenduꝫ est:quod homines paruuli:vel mediocris magnitudinis validiores sint:q̄ꝫ ma gni.
¶ Item vis vnita validior est:q̄ꝫ diuisa.In paruulis hominibus est vis potius vnita:q̄ꝫ in magnis.⁊ in ri
gidis:q̄ꝫ in dissolutis:siue disciolt is sequitur:quod paruuli:⁊ duri meliores.¶ Preterea si assumim⁹ duo
ligna equalis grossitudinis:quorum vnum sit longum:⁊ aliud breue:id quod longius facilius:q̄ꝫ breue pli
catur.Unde concedendum est magnos homines facilius plicari:vel declinari:q̄ꝫ paruuli. ¶ Sed contra
has oppositiones:⁊ his similes multa quidem manifesta adducere possumus:licet pauca hic ponamus.
Assumpta tamen hac via quisqꝫ per se ad multa alia noscenda decurrere potest:⁊ in primis respondendo
ad experientiam:quod plures homines mediocris:q̄ꝫ magne stature validi inueniuntur istud conceditur.
At nos dicimus quod dum aliquis magnus bene proportionatus est:maiorem vim habet:q̄ꝫ paruulus.
Et hoc in quacunqꝫ animalium specie comprobatur quod quanto maiora in eodem gradu compagi-
nata tanto meliora inquantum ad maximum robur spectat: nam in agilitate:⁊ leuitate semper validiora
sunt mediocria animalia:vt ad currendum:tripudiandum:saliendum:⁊ similia.Sed ad aliquod magnuꝫ
pondus remouendum:vel vt hoc animal illud eijciat:aut illud istud magnum vtiqꝫ pluribus modis est
validius.Primo quod maius pondus habet:⁊ ideo non potest a paruulo remoueri:⁊ paruulum de facili
remouetur dato ꝙ maximam vim habeat eo magis quod i corpore maximo si recte compaginatuꝫ ma
ior vis:q̄ꝫ in paruulo datur.¶ Ad vim vnitam respondendo dicimus quod in paruulo corpore non vere
est vnita nisi i pluribus paruulis multiplicata:aut diuisa.Sed in corpore magno recte vnita dici potest:
quia illa vis:que in pluribus paruulis datur in vno solo magno consistit.Quocirca in magnis recte com
paginatis est vere dicendum vis vnita.In paruulis vero diuisa.Nam dato quod presto sit:quia paruula
nequit proprie tanquam vnita denominari:quoniam vt partiuncula:⁊ non tanquam vis integra se haber.
Qua de re plerūqꝫ contra aliquos:qui paruuli ⁊ animosi sunt dicere assolent.Si totus iste venenum: aut
ferrum esset quidnam faciet quod magno operi possit.Nunquam tamen similia de magnis dicuntur si
bene proportionati.¶ Concedimus quod in armorum certamine presertim dum pauca:ac leuia habent
arma offensibilia:⁊ nulla defensibilia:Defensibilia tamen pro induitiuis armis intelligas.arma enim que
offendunt :etiam defendunt.Sed ad rem dum vnusquisqꝫ in modo suo arma caperet magni sup puulis
valerent ijsdem equaliter in membrorum bonitate:aut disproportione gradatis.¶ Arma tamen dimitta
mus:⁊ de viribus tantum dicamus:non enim in armis huiuscemodi differentia tam manifesta videri po
test:preterq̄ꝫ in palestra:vel in proijciendo aliquem vectem ferreum:aut magnum lapidem:siue i subleuan
do maximum pondus in quo palam virium magnitudo cognoscitur: Et hic quanto maiores tanto qui-
dem meliores in equali proportione bonitatis organizationum. ¶ Et hic vltra quod in magnis mēbris
de ratione maior vis:q̄ꝫ in paruulis datur:ceu in lignis grossis lapidibus:ceterisqꝫ corporibus comproba
tur.alia potissima extat differentia:quandoquidem magnus quotiescunqꝫ armare vult: aut cum suo pe-
de alterius pedes offendere ad libitum potest attingere:hoc autem nequit paruulus aduersus magnum.
Non enim postq̄ꝫ apprehensi sunt tantum potest paruulus deuiari. quin in duobus passibus facillime a
magno adiungatur.Sed paruulus cum difficultate pedes magni attingit. Brachia itidem longiora ea
parte qua volunt apprehendere possunt non autem breuia.Similiter si paruulus:⁊ magnus enseꝫ capiūt:
⁊ equales sunt amborum enses vterqꝫ eorum cum vno passu ingreditur brachium porrigit cum ense quā
tum potest:⁊ in anteriorem partem corpus inclinat magnus per cubitū attingit:⁊ forte magis:q̄ꝫ puul⁹:
⁊ hoc modo in palestre strategemate contingit.¶ Ulterius si in apprehensionibus brachiorum tanquaꝫ
a longe sunt magnus accipit tanquam de inferiori ad superius:⁊ paruulum subleuare potest.Paruulus
vero de alto assumit:⁊ nō potest magnum subleuare ⁊ per declinationem tantum difficile est alterutrum
vinci:Oportet enim subleuare:atqꝫ voltam prebere.Ad propinquas apprehensiones deueniendo : si ma-
gnus supplantatur:vel super proprios pedes recta linea declinatur tantum declinari pōt:quantuꝫ paruul⁹:
qui quum postmodum erigitur paruulum secum deducit.Unde opus est quod ipse paruulus amissa ter
ra totus in aere remaneat:⁊ ipse nunquam magnum subleuare potest:licet vterqꝫ nihil sciret : dum ad ꝓ
pinquas apprehensiōes:vel ad lūbos ꝑ cicturā apprehēsos deuenirēt:puulus eēt melior vbi eq̄liter fortes
ne illo tunc magnus sup ꝓprijs pedibus declinet.¶ Similiter hoc i loco duꝫ corpus est appropriatum.

Sed si ambo multa sciunt: magnus ⁊ exolutus melior. ¶ Licet hic plures decepti sunt asserentes: Duricies non cedit: seu non plicatur: ergo aptior ac melior ad palestram: ꝙ si disciolta membra. Et hi non aspiciunt qualiter minimo digito potest quenq; hominem proijcere si rigidus manere vult: hoc est quod locum amittere nolit. Unde fit quod motus pedum semper sub toto corpore ambulantium: atq; resistentium in palestra: non autem rigiditas: siue fixitas. Et veluti temperatus motus absq; rigore est precipuum remedium in palestra: alijsq; pluribus certaminibus: multũ quoq; valet plicari corpus dum oportunum fuerit: non enim sequitur non plicatur: ergo non cadit. Nam rigidus palestrita ad aliquod latus declinando totus integer cadit: sed temperatus: ꝗuis plicetur non prosternatur: siue ad terram labitur: quoniam duri tanquam ligna sicca se habent: ⁊ temperati: vel disciolti tanquã viridia. Unde ꝗuis magni facilius: ꝙ paruuli duplicentur: non propter hoc facilius cadunt. Non enim hic in duricie fundamentum: aut resistentia omnino est habenda: preterꝗ in temperato motu. ⁊ temperatus motus absq; aliq̃ plicatione: seu membrorum concedentia fieri nequit. ¶ Preterea soluta: ac longa membra multo maiorem ictum agere possunt: ꝙ breuia: ⁊ rigida. quia si aliquem volumus pugno percutere: ⁊ parum ab ipso brachium deuiamus: aut paruam voltam assumimus paruum ictum: seu percussionem agere possumus. Nam quãto maiorem distantiam brachium sortitur. maiorem vim secum adducit: ⁊ sic longa arma maiorem transcensionem faciunt: ꝙ paruula: vt lancea bombarde: ⁊ similia. Paruuli vero quum curta: aut breuia habeant membra: non possunt magnam vim contra aduersarium emittere: licet dum in apprehensionibus propinqui. vel admodum vniti sunt: ⁊ in locis strictis leuia brachia: atq; arma valere solent. Uerumtamen ꝑ maiori parte meliora sunt arma longa contra breuia: ꝙ breuia contra longa: ⁊ similiter brachia. quod autem temperantia multum super rigiditate in operationibus ad extra tendentibus valeat pluribus experimentis videri potest sicuti assumendo vnum lignum de ilice: ⁊ aliud de taxo. Taxus mollior est: ⁊ facilius plicatur ꝙ lignum ilicis: ⁊ tamen in proijciendo sagittam multo prestantior est arcus de taxo: ꝙ de ilice. Et quãuis lignum ilicis durius sit: dum plicari incipit: multo facilius: ꝙ de taxo rumpitur: ⁊ tale exemplũ inter homines disciolto: ac rigidos ponimus. Lancea longa dato quod subtilis sit quia ex causa longitudinis vibratur dum ictum assumit maximam percussionem agit: ⁊ breuis ex eo quod non potest tantũ vibrare neq; longum cursum vendicare minus transit. Icirco longa: ⁊ temperata brachia: quia nimium vibrant maximam vim imittunt.

¶ Quam ob causam dum de complexione agitur ad tertium librum de cognitione hominum est occurrendum. Cap. lxxi.

¶ Ad habendam sufficientem de complexionibus noticiam eo modo: quo nos ipsas prediximus: vidẽdum est in tertio libro de cognitione hominum. Ibi enim latius: ac distinctius pertractatur in quo quadraginta: ⁊ vnam complexionem inuicem distinctam ponimus.

¶ Quatenus in modo cognoscendi obseruanda sit differentia iter membra breuia: ⁊ longa: ꝗuis eiusdem complexionis sint. Cap. lxxij.

¶ Postꝗ de quattuor principalibus complexionibus agimus quomodo originem habeant super his de alijs pluribus compositis: aut reuolutis cognoscere possumus causa videndi quantũ vnumquodq; corpus cum aliqua ipsarum primarum conformetur: licet dato quod duo homines eiusdem complexionis sint. Membra curta: vel breuia potius dura ac velociora: ꝙ extensa erunt. Ideoq; videntur nimium de sanguine: ⁊ melancolia sortiri. Si vero longa membra sunt: tardiora: ⁊ parumper temperatiora reperiuntur. Et ista potius coleram: ⁊ phlegma continere videntur: quandoquidem in quoquo modo phlegma cum colera similitudinem habet: Melancolia vero cum sanguine.

¶ De quodam generali intentu super complexionibus. Cap. lxxiii.

¶ Demum de complexionibus agendo quidam vniuersalis intentus ẽ obseruãdus: scilicet ꝙ semper

memorie mandemus quemadmodum sanguinei in omnibus veloces sunt: tum verbis: ꝛ motu: tum vero cursu: ꝛ saltu: ac quibusqꝫ alijs: ꝛ cito de consilio in consilium transeunt: cito quoqꝫ deficiunt.

¶ Colerici in omnib⁹ principijs aliquāto impediti sunt: ꝛ fere velum quoddam ante oculos tenent: at vero temperati sunt: ꝛ nimium anhelitum ad durandum in laboribus habent.

¶ Melancolici assidue in duriciē recolliguntur: nec prompti sunt: nec tardi. Nam licet ponderosi sint duricies eorum incitat ipsos ad voluntatem mouendi.


¶ Phlegmatici semper molles: atqꝫ pigri: satisqꝫ in longum durant: semper tamen lento passu pgūt.
¶ Sanguinei paucis ossibus: ac neruis sunt compaginati: ꝛ satis carnosiusculi reperiuntur. Color eorum ad rubedinē deducit̄: vox scabrosa: pnūciatio optima. Qui ꝛ minoris psone sunt: qꝫ alij alteri⁹ cōplexiōis.
¶ Omnes colerici asciuti: vel macilenti sunt: ac magnis ossibus: ꝛ neruis. Juncture eorū optime colligate: atqꝫ expedite manēt. Voces suaues: q̄ ꝛ a lōge audiunt̄: Pronūciatio defessa: ac submissa: nec satis explicās id: qꝺ dictura est: non tñ balbutiens. Balbutientes enim comuniter nimiū de melancolia accipiūt: postmodum vero equaliter de omnibus complexionibus. ¶ Phlegmatici pleni sunt carnibus: ꝛ etiam magis ostendunt qꝫ habent ꝑpter eorū dilatata membra. ¶ Carnes molles: ꝛ magne stature possidēt.
¶ Pronunciatio eorum bona atqꝫ abundans: vox autem grossa: ꝛ sparsa. ¶ Melancolici semper durinodosi: ꝛ ample persone reperiuntur. Pauci ex eis sunt magni in longitudine. Sed vniuersaliter nimiū lati: ꝛ rigidi exeunt quāquam magis omnino integri videātur. Propterea qꝺ eoꝝ mēbra recollecta sunt.

¶ De quatuor cōplexionibus equalibus: ꝛ de differentia: que in hac cōpositione repit̄. Cap. lxxiiij.

¶ In alio volumine de complexione hominum tractantes vnum corpus quatuor equalium complexionum descripsimus: hoc est dum animal paulo magis de vno elemento: qꝫ de alio accipit: tamen ibi nullū ordinem enarrauimus: inter has quatuor fere equales complexiones: quod vna prius: ꝛ alia posterius sequatur tale exemplum ponendo videlicet: si colera ꝛ phlegma simul sunt: dum colera prior corpus melius efficitur: ꝛ si phlegma precedit deterius: pariqꝫ modo intelligendum est: quando de quatuor complexionibus quasi equaliter corpus gradatur. Quod si melancolia: ꝛ phlegma precederēt corpus animalis valde disproportionatum erit: Et vbi colera: ꝛ sanguis precedunt: ꝛ vna istarum alteram sequitur corpus melius nasci solet: presertim si colera prima erit: quoniam ipsa semper corpora nostra temperat. Quāobrē pleriqꝫ ex quatuor cōplexionibus ferme equalibus gradati dum principalius coleram sortiuntur delectabiles aspectus habent: atqꝫ in conuersatione suaues: Nam quieti homines sunt: ꝛ equaliter ad competens ingeniū attingunt. Ideoqꝫ difficulter cognosci queunt: ostendunt enim bonam habere compositionē: attamen quādoqꝫ de quattuor equalibus: ꝛ etiam in quoquo modo videtur colericos: phlegmaticos esse. Nihilomin⁹ duri: ꝛ asciuti sunt: atqꝫ asperiores illo quod phlegmati: atqꝫ colere competit: ꝛ ex hoc quādoqꝫ embiguitas emanat: an ipsos in tertia: vel quarta complexione ponamus. In quo discernendū est: quenam prima: ꝛ que secunda complexio sit sequendo per tertiam ꝛ quartam: Si vero omnes fere equales sunt: vel due: aut tres in eadam mensura: ꝛ alia siquidem parua pari modo de corpore iudicandum erit.

¶ Quonam pacto per factiones aliquam competentem cognitionem de pueris iuxta natiuitatem habere possimus. Cap. lxxv.

¶ In altero libro agendo de cognitione hominum posuimus: quod dum in pueritia: aut iuxta natiuitatem sumus eo quod membra nostra tunc adhuc indistincta sunt parua potest haberi cognitio de complexiōe nostra. verūtamen qꝛ sepenumero cōtingit qꝺ patres vellent cognoscere habitudinē filioꝝ quū primū nati sunt: hic aliquā ponemus regulā: per quā de oībus pueris: quāuis circa natiuitatē aspiciantur: saltem mediocrē cognitionē habere possimus: que cognitio tantum in factionibus cruriū: brachioꝝ ꝛ capitis cōsistit: in thorace vero fere nil cōprehendere possumus. ¶ Qui ordo cognoscēdi talis est: qꝺ ī primis gracilitatē: aut grossitudinē ī tibijs infra genua: ꝛ aliqualiter magnitudinē ꝛ paruitudinē pedū aspiciam⁹ pariter lacertos brachioꝝ: de cubitis ad man⁹: atqꝫ ipse man⁹ sunt ꝯsiderāde: ꝛ si tibias īfra gēua ꝛ lacertos sub cubitis respectiue ad grossitudinē tibiaꝝ: ꝛ musculos brachioꝝ graciles sūt hoc significat pueros sāgui



neos esse:seu multum de elemento igneo habentes:vel melancolicos: ⁊ si tibie sub genibus: ⁊ lacerti sub cubitis grosse sunt respectiue ad crura:⁊ musculos brachiorum coleram:aut phlegma significat. ¶ Quoniam factiones sanguineorum:⁊ melancolicorum in aliquibus conformantur:⁊ pariter in altera similitudine colerici:⁊ phlegmatici conformantur:hoc est in factione:in tactu:⁊ voce vero nimium difformes:sed in habitudine (vt diximus) satis conformantur: ⁊ tamen aspiciendum est quod melancolici in quocunqꝫ tempore maius ostendunt os per omnia membra:quam sanguinei:⁊ iuncturas nodosas habent: sanguinei vero subtiles:seu paruulas:etiam sanguinei habent maiorem distinctionẽ in suris:⁊ melancolici tibias habent conuexas adforas:que in lingua hyspana steuate dicuntur hoc est dum pedes veniunt fere ad coniungendum se:⁊ tibie per genua:⁊ ibi circa nimiũ deuiant: taliter qḋ altera ab altera fugere vr̃:licet quod omnes pueri iuxta natiuitatem tibias tortuosas: siue in hoc modo struatas habent: ⁊ tamen melancolici potius conuexas:quam alij. ¶ In capitibus quoque multa agnoscere possumus. quoniam sanguinei: ⁊ melancolici facies rotundas:ac curtas habent:sed est disparitas:quia per tempora melancolici sunt altiores:⁊ etiam frontes maiores habent idest magis ad partem anteriorem super oculos onerantes nõ quod oculos habeant nimium submissos:sed frontes grossas.sanguinei vero planas habent frontes: licet quod capita satis rotunda. ¶ Colerici:⁊ phlegmatici vero longas possident facies:sed phlegmatici maiorem quantitatem carnis ostendunt:atque potius mollem a sincipite ad occiput:aut de fronte ad cerebrum colerici potius longi quam phlegmatici sunt:⁊ per tempora extrictiores. ¶ Et hec signa: que posita sunt apparent in pueris:per que satis de complexione ipsorum puerorum:si recte aspicere volumus:ad indicandũ valemus:etiam in lugendo vnusquisqꝫ ostendit complexionem suam:hoc est in vocibus:quas emittit: videlicet si sanguineus:vel multum de elemento igneo assumens voces subtiles:atque acutas habent: melãcolicus siquidem duras:horribiles:⁊ de capite colerici voces temperatas:atqꝫ teneras emittũt.phlegmatici vero exparsas:atqꝫ grossas habent voces:⁊ hoc in quacunqꝫ etate nostra obseruatur. ¶ Verumtamẽ semper in paruulis vnum incognitum restat:hoc est quia non valemus ad cognoscendum vnamquãque cõplexionẽ in seipsa:quãtũ temperata:vel distẽperata sit:perfecta vel ĩpfecta:⁊ qñ per etatẽ iã perfecte mẽbra distincta sunt facile he differentie cognoscunt̃:vt in libro de cognitione hominũ late ostẽsuꝫ est.

¶ Descriptio exteriorum membrorum:vt facilius intelligatur per membra in quibus apprehẽsiones agere debemus:tutari:aut nocere:ac de cã cognoscẽdi ꝯplexiones. Cap.lxxvi.

¶ In hac mẽbrorũ subsequẽti descriptione ferme hispanorũ idiomata assequar:licet omnia firma vocabula membroꝝ in latina lingua reperiant̃:⁊ tñ hic causa:qḋ hoc capitulũ cũ alijs cõformetur:q̃dã noĩa hyspani idiomatis cõtinebunt̃. ¶ Circa hyspanos mẽbra hoĩs exteriora in tres partes diuidunt̃. ¶ Pars siquidẽ inferior vsqꝫ ad indiguines:seu cruriũ summitates perna:siue tibia appellatur:exinde vero ad collum vulgariter corpus:aut bustum:⁊ in greca lingua a qbusdã thorax vocat̃. Ex humeris aũt vsqꝫ ad supra collũ:⁊ caput dr̃. ¶ Nomina firma:ac particularia a pedib⁹ inchoãdo anteriores partes digiti vocantur.summitates ipsoꝝ puncte:⁊ digitus grossior pollex. Alter vero qui sequitur index:⁊ longior digit⁹ medius digitus:aut mediũ cõtinẽs appellat̃:alius cõsequẽter ãnularis:aut cordialis. Vltimus autẽ minim⁹ digitus noĩatur. Noĩa vero digitoꝝ pedũ ac manuũ eadẽ sunt. ¶ Nodi digitoꝝ:aliorũqꝫ mẽbrorũ iũcture vocant̃:⁊ ex vna cõiunctura ad aliã tertiũ cõiter vocat̃:⁊ hoc ꝑ tota ꝑsona assumit̃:⁊ tota pars pedis inferior plãta vocat̃:⁊ ĩ dimidio vbi ẽ illa cõcauitas vola. Pars vero posterior calcar:⁊ super pede vulgariter enpeine:seu dorsum pedis qḋ sũmitas:aut facies pedis dici põt:⁊ vbi pes cũ tibia euẽit hyspano ydiomate gargãta:italico aũt collũ dr̃:ꝑ quã viã guttur põt appellari:⁊ nodi: q̃ in illo loco a latere sunt malliola noĩari. ¶ Ex pede vsqꝫ ad genu tibiã dicimus:⁊ illud subtile qḋ iacet ĩter surã:⁊ malliolã nos ciarectã vocam⁹:aliq̃ tñ garronẽ:hoc ẽ subtilius:⁊ ĩferius qḋ sit ĩ tibia. Sed garro ꝓprie ĩ brutis ẽ. ¶ Grossitudo tibie sura nũcupat̃:totaqꝫ pars ãterior spina:vel spinella:⁊ ĩter crus ⁊ tibiã ꝑ anteriorẽ partẽ genu. Illud ãt os grossuꝫ:qḋ inest rotagia:vel rotuscula:⁊ pars posterior poples:vel curua ex ꝓprietate dicit̃. ¶ Prima pars cruris ꝑ ĩteriorẽ locũ musculi:⁊ de genu vsqꝫ ad inguines:siue ad thoracẽ cossa:quãquã super genu exterius musculi ẽt dici possent:quum subleuata caro sit. ¶ Femora:atqꝫ femoralia in summitate cosse circũcirca intelligunt̃. Vnde reperitur:quod ensis super femore accingatur:⁊ hec pars femoralis protinus expedita esse debet. Nam dum in naticis:⁊ inguinibus circumcirca suffarcinate cosse nõ sunt sem

per signum grauitatis:⁊ suffarcinate leuitatis:ac solutionis.De inguinibus: vel iunctura clunis vbi cossa attingit vsq; ad plantaz pedis simul omnia crura vocantur:⁊ in particulari ex genu ad pedem tibie:⁊ in hoc latinum cum vulgari conformatur:quoniam perna in vulgari assumitur ex planta pedis vsq; ad sum mitatem cosse totum simul deinceps super genua vsq; ad inguines cossam:vel muslum dicimus:⁊ ex ge nu ad pedem nuncupamus pernam:⁊ hoc modo latina lingua crura assumit pro cossa : ⁊ tibia simul : ⁊ tibiam tantum pro inferiori parte:idest de pede ad genu:⁊ cossam ꝺ genu ad thoracē: siue bustum.Pes in communi assumitur infra malliolas vsq; ad summitatem digitorum.Sed sepenumero saltem in anima libus mortuis totum infra genu pes vocatur.Quum incipimus describere bustum : siue thoracez per par tem pudibundorum inguina sunt:super qua versus clunes ilia dicuntur: ⁊ dimidium super virilia pendicu lum:⁊ illinc vsq; ad vmbilicum aluus.Locus cingendi cincturam circū circa corpus appellamus.Inter ipsam tamen:⁊ pectus stomachus iacet.inde ad collum pectus:⁊ ossa que circum circa pectus veniunt co ste vel costelle nuncupari solent:⁊ tenerum ossis quod euenit prope stomachum chartilago: ⁊ inter charti laginem:⁊ os anche:vel clunis ilia:⁊ in vulgari igiata:vel fiancho super quo praui dolores accidere solent: ⁊ ilia siue igiata in quibusq; animalibus parua esse debent:videlicet quod sit paucum de osse anche ad co stas quoniam dum ibi longa distantia datur semper animal est longum de osse:aut loco sellari curtum de humeris:⁊ groppa.Unde nec forte nec temperatum esse potest. ¶ Sed per posteriorez partez thoracis ascendendo nalice sunt:⁊ dimidium quod ipsa diuidit canale dicunt esse : ossaq; laterum : vel super crura clunes:vel gallones vulgariter nominamus:licet nōnulli designent esse clunes ex nalicis vsq; ad cincturaz : que pars lumbus vocari solet.Quod ex nalicis vsq; ad caput attingit dorsum:vel spina: ⁊ iuxta ipsuz per cincturam lumbi sunt:⁊ ex hinc ad nalicas:⁊ ossa clunium renes situantur: ⁊ super canale nalicis est grop pa:vel quoad nostrum idioma rabadiglia super lumbos vsq; ad collum scapule vocantur: q̄uis scapule fundamēta brachiorum sint. ¶ Prima pars brachiorum digiti appellantur cum alijs particularibus nominibus:que de digitis pedū ediximus.Man⁹ in inferiori pte palma:eiusq; cōcauitas iris:vel vola:⁊ in superiori dorsum: ⁊ circum circa concauitatez palmuscule presertim ea grossitudo que pollici adheret.
¶ Prima pars manus vsq; ad cubitū subtilior lacertus dici solet:⁊ hyspano idiomate muniaca: grossi tudo vero iuxta cubitum tabula.Deinde supra cubitum molledo:⁊ grossitudo circa humeros musculi:vel tori:⁊ totum brachium:aut id quod ambobus brachijs accingere possumus vlna vocatur. ¶ Subtus brachio prope ortum:ascella est.Descendendo tamen per thoracem latus : ⁊ super toto brachio vsq; ad collum humerus dicitur:⁊ os colligens humerum:⁊ pectus furcula. Concauitas vero:que est īter ipsuz:⁊ collum saltem in vulgari olla vocatur. ¶ Ex humeris superioribus prima pars colluz anterius guttur : ⁊ nodus:qui ibi inest nux gutturaria:vel pomum:⁊ versus latera colli ceruices sunt.Sed de capite tractā do per prius mandiuole situantur : ⁊ in fine ipsius barba:aut mentum:⁊ postmodum os: a latere vero buche idest partes quibus cum flatu tumescimus:que hyspano sermone carilly vocari solent: que pars dū alta:vel carnosa corporis inaptitudinem denotat. ¶ Clausuram oris labia dicimus:⁊ intra os in anterio ri parte dentes sunt:circa quos genuini dentes collocati.Deinde molares dentes : ⁊ membrum cum quo loquimur lingua appellatur:tum superius ascendendo nares:⁊ nasus.Sue vero aperture fenestre appellā tur:oculi p̱ quos videmus:atq; eorū tegimē palpebre:super q̄bus ī parte frōtis ciliū:⁊ superciliū: pili autē ibi assistētes ab hyspanis pistagni nominant̄. ¶ Hinc vsq; ad ortū capillorū capitis frōs:⁊ sup̱ frōte vs q; ad mētū visus:vel faciei:⁊ sup̱ latera facies:⁊ fauces:atq; ī dimidio:vel ī altitudie maxillas dicimus:⁊ ꝯcauitatē: q̄ sup̱ maxillis ē tp̄a nominam⁹:postmodū vero sup̱ latere aures siue audit⁹ p̱ quē audim⁹: ⁊ supra totū caput vertex nūcupat̄.Altitudo ī posteriori pte cerebrū:vel occiput:⁊ ꝯcauitas existēs īter col lū:⁊ cerebrū coculum : aut colodrilium vulgariter : ⁊ inter frontem:ac verticem sinciput:aut caluaria.

¶ Cur vtilitas sit scriptoribus quod complexiones hominū cognoscant: vt dum necessitas occurrit de habitudinibus vniuscuiusq; describere sciant. Cap.lxxvij.

¶ Quā ob cām qui historiā aut missiuas litteras scribūt:⁊ in eis habitudinē aliquarū personarū descri bere volūt decet:vt cōplexiones hominū cognoscant eo mō:quo in alio libro extēsius descripsimus.Nā se cūdū viam preteritorū parum possumus de hominum proprietatibus describere nisi vulgariter loquendo

vtpote magnus:⁊ paruus:grossus:vel subtilis:albus:rubeus:aut niger. Sed vlterius nullam regulam pacificam:vel distinctam tenent:⁊ sic prenosticando:seu cogitando vadunt dicentes: pulcher aspectu rubeos:aut nigros capillos habet:magnanimus est bonus:atq͂ʒ sermocinator:⁊ non quod hoc cum aliqua ratione ostendant:nisi quod imaginationem suam sequūtur. ¶ Dici solet sanguineos esse quoscūq͂ʒ ridere:aut ludere vident:⁊ quod colerici sint:qui irascuntur. Melancolici:qui parum loquūtur. Phlegmatici autem pigri:⁊ talia opera in hominibus sepe ex consuetudine eueniunt:aut quod ipsa libenter agere volumus siue accidentaliter. ¶ Complexio:etenim naturalis est:seu fundamentalis. Quapropter dum ipsam sequimur veram regulam habere possumus ad comprehendendam omnium membrorum habitudinem.

¶ De quibusdam comunibus opinionibus circa hominū dispositionē. Cap.lxxviij.

¶ A plerisq͂ʒ dici solet complexiones indies mutari. Naʒ membra alterari cernimus:aut vero salubriora:vel infirmiora fieri fortiora:aut debiliora. Sed quo ad veritatem non ex hoc suam fundamentalem cōplexionem immutant: quoniam he alterationes sunt. Etiā astutū hominem videntes ipsum calidum appellant imaginando: q̄d calida mēbra habeat. nos vero dicimus astutiā ex aerea cōplexione procedentem eo quod temperata est:⁊ super se similiter dici solet hominem per exuberantiam caloris irasci:quod aliter apparet:quoniam ira ab alteratione membrorum vltra debitam mensuram emanare solet. quod in ventis ⁊ aquis prospicitur qui semper cum vehementia alterant. Nihilominus tunc nimiā frigiditatē cōcipiūt.

¶ Qualiter timere debemus dum aliquid operaturi sumus. Cap.lxxix.

¶ Timenda sunt omnia opera anteq͂ʒ ipsa concipiamus. Qui enim hanc regulam non obseruat parū timoris potest alijs prebere:quanquam in duobus temporibus metus ipse eueniat: vel priusq͂ʒ ad opus accedamus:aut dum iam in ipso sumus:qui autem prius metuunt ad precauendum de futuris consilium capiunt eo:quod membra sua disponunt:⁊ membrorum:ac verborum insolentias effugiunt:⁊ opportuno tempore taliter inueniuntur:quod omnia promissa adimplere possunt.

¶ Quonam modo homines verbosi timere solent. Cap.lxxx.

¶ Qui in principio plurimis verbis vtuntur parum:seu nihil considerant de illo :quod essent postremo facturi. Quamobrem dum ad opus accedunt imbecilles:⁊ inualidi reperiuntur:quuʒ plura dixerint: que ad effectum deducere nequeunt:quapropter necessario trepidant. Tunc enim metus maximum impedimentum ac damnum infert. Nemo enim recte operari potest dum formidolosus est tempore quo certandum esset. licet sub animositatis colore non sit vilipendendus hostis:nec impetuose aggrediendum : quoniam sicut est bonus animus illi:qui membra clarificat : ⁊ disponit:ita ⁊ malus:qui ipsā in trepidatione deducit. ¶ Timorem dicimus quandam qualitatem alteratiuam esse:que extemplo in membris generatur dum aliqua aduersa propinqua sentimus:sub qua representatione omnia membra scandalizat : atq͂ʒ deordinat. ¶ Animus est quedam voluptuosa:seu vigorosa qualitas incēdens:ac fortificans oīa mēbra ad consequendam victoriam cuncta aduersa postponendo.

¶ Qualiter pudor aliquando causa timoris sit. Cap.lxxxi.

¶ Quandoq͂ʒ pudor timorem affert:tametsi nullum periculum expectemus d̄ eo quod facturi sumus: quoniam sepenumero accidit ex preteritis periculis:per que iam transiuimus honorari. Sed dum pudorem rumpimus:aut transgredimur semper in cordibus hominum tanquam viles reputamur. Qua de re in pluribus locis vbi nullum imminet vite periculum aggredi veremur eo quod penes hominum consuetudinem maxima verecundia est illis: qui in similibus valere nesciunt. ¶ Sepe homines animosi magis timent:q͂ʒ qui vilis nature : ac formidolosi sunt: quandoquidem animosi siue magnanimi semper cogitant se adesse in quocunq͂ʒ periculo si forte euenit. ¶ Timidi quandoq͂ʒ ad periculosa loca accedunt

verumtamen non omnino de futuris contingentibus cogitãt. Nam quotiescunqz periculum aduenire cen sent illico fugiunt. Quãquam prius multa se aduersus hostes facturi esse dixerint. Nullum enim pudorem habent: si enim haberent hoc non agerent. Et sic dum nullum de presenti discrimen versatur: omnia videntur per seipsos posse subijcere. Itaqz maximopere respiciendu3 est in quocunqz exercitio quod facturi sumus: presertim in illis rebus quibus maius periculum contingere solet. Multi enim iactura3 passi sunt ex pristina consecuta victoria ex mala hostium diligentia: atqz alias cogitantes cum similibus idem se facturos de nulla sufficiẽti preparatione cõsiderãt. Unde de facili cadunt si expertos habent hostes.

¶ Quomõ quilibet cognosci põt quãtus sit ĩ quacũqz arte ð ipsa loquẽdo. Cap. lxxxij.

¶ Loquen do de quacunqz arte facile vnumquẽqz cognoscere possumus: quantum in ea valeat ad exẽ plum verborum: siue aliorum actuum: quibus tali tempore vtitur: tamen intelligas si magnam non habet doctrinam. Nam in eo tunc dissimulãdo vnũ ꝓ alio ponere potest. Qui enim sufficiẽter loquitur: ꝛ quiet⁹: aut sine motu manet indicat se magistrum esse: quoniam: qui parum sciunt semper assurgendo: ac declinã do corpus mouentur quandoqz a latere: ꝛ quandoqz anterius: ꝛ posterius eodem modo: quo agere solẽt dum in veris operibus inueniuntur.

¶ Differentia inter magnos: ꝛ paruulos. Cap. lxxxiij.

¶ Communiter assumendo corpora parua: aut saltez mediocria sunt magnis corporibus aptiora. Demũ assumpto vno corpore magno: ꝛ alio paruo magnum in eo gradu paruum excedit quanto maius in quã titate erit. Et vltra dum bene vires exercere volumus oportet quod directi: aut tanq̃ magni pergamus: licet q̄ magnus semper debet super seipsum erigere: ꝛ declinare: non autem super hostem nequidem concedere quod alius per inferiores partes ipsum accipiat: que defensio facilis erit: quum vnusquisqz magnus ita vt paruus declinari possit.

¶ Qua etate homo fortior reperiatur. Cap. lxxxiiij.

¶ Vigorem virium nostrarum dicimus esse in vigessimo quinto anno vsqz ad trigesimum. Sed non nulli ob aliqua inconuenientia: aut vitiu3 fortiores sunt vsqz ad vigesimũ: alij autem ad trigesimũquintũ.

¶ Documentum ad sequendas vires corporeas: ꝛ intellectuales. Cap. lxxxv.

¶ Aduertendum est quod ad habendas vires corporeas: ꝛ spirituales: ꝛ quod bene eis vti possimus ne cesse erit vitia effugere. Homo enim vitiosus plerunqz inualidus reperitur interdum nimis plen⁹: ꝛ alias vacuus: aut debilis adeo quod non potest bene anima: ꝛ corpore potiri.

¶ Quales cibi magis sint nostris viribus conformes. Cap. lxxxvi.

¶ Cibi qbus magis conseruantur: ꝛ corroborant vires nostre sunt illi: q ꝓ priores medio manẽt: ꝛ leues: ac tẽpati sunt. Vires nostre fortiores magisqz experrecte ad qõlibet mẽbroꝝ exercitiũ vespere: q̃ mane.

¶ De illo quod solet blasphematoribus accidere. Cap. lxxxvij.

¶ Qui pluribus verbis: ꝛ blasphemijs vtũtur non sunt timendi. opera.n. eoꝝ cũ verbis transeunt: ꝛ si contingit eis aliquem superare victoria est proxima sue perditionis vigilia: ꝛ dato quod quandoqz vincãt contra viles hoc esse potest. Quia si cũ validis decertaturi sunt nũquam victoriam vendicare queũt. Tandem si hodie aliquem vicũt quanquam pauci valoris sit cras ab alijs similibus vincuntur eo quod vbi blasphemia nullus ordo: ꝛ vbi non ordo nequaquam continuata victoria.

¶ Quanta inuigilantia opus sit illis: qui in varijs regionibus personas suas experiri volunt. Cap.lxxxviij.

¶ Quicunqꝫ vult extra propriam patriam vires suas exercere: quamplures contrarietates sibi occurrẽtes repit. Nã qlibet ꝓuĩcia vult cõplexiões alienigenaꝝ expiri: ⁊ q̃uis nõ semp ĩ simili casu extrĩsece ĩfirmitates apparẽt oĩno corpa alienigenaꝝ debilitant. quãqdẽ ob cãm nẽo san⁹ eẽ poterit: neqꝫ diu viuere plures: atqꝫ assiduas mãsiones p diuersas regiones ĩmutãdo: ⁊ vltra hoc dũ in varijs regnis cũ pluribus operaturi sumus homines: qui ibi morantur artem nostram cum alijs operando aspiciunt: ⁊ nos suam videre nequimus: Si vero omnes in vnamet patria maneremus continuo illud: quod alij de re nostra intelligere possent nos quoqꝫ de sua sciremus. Ideoqꝫ in huiuscemodi locis haud parum trepidanduꝫ est: nec minus in vno solo hospitio: q̃ꝫ in vna sola prouincia. ¶ Qui enim in vno regno omnes superat. Pauci deinde in orbe terrarum inueniuntur: qui ipsum superare possent. Strenui vero ita possunt in vna prouincia parua adinueniri quemadmodum: ⁊ in magna. Ita quoqꝫ in vna domo: sicut ⁊ in ciuitate. Tales enim strenui pauci sunt licet vniuersaliter non erunt in vna prouincia dispositi ita vt in alia: nec equaliter vtuntur in vna prouincia illo quod agere volumus sicut in alia.

¶ Qualiter vt quis recte aliquã artẽ ĩtelligat oportet qꝺ ĩ ea magister sit. Cap.lxxxix.

¶ Nonnulli aiunt se plura vidisse. At vero auctoritas. quam eisdem dare debemus conformanda est cum consuetudine: quam hi ad promendam veritatem habent. Neqꝫ hoc sufficiens est. opus est enim qꝺ expertus sit in illa arte quam fuerit enarraturus. Nãqꝫ aliter licet vidisset alios operari nõ potest omnia sufficienter comprehendere: nec rectam deinde certitudinem de illo explicare. Quod hoc modo patet veluti docendo vnum hominem per quindecim: vel viginti dies. Et denuo iubemus: vt in actu ponat id: qꝺ docuerimus: ⁊ sepe econuerso agit: q̃ꝫ sibi ostensum fuit. Quumqꝫ in hoc aberretur: quanto magis errare possumus in rebus cito pretereuntibus: ⁊ quas antea non viderimus quandoquidem tam cito transeunt quod oculis verum discerni non possit: qui autem in ea facultate magister est in videndo principium maiorem partem totius operis comprehendit.

¶ De illis: qui quandoqꝫ vincere: ⁊ interdum vinci solent. Cap.lxxxx.

¶ Ignominiosum est velle cum preterita victoria remedium vel cooperimentum contra presenteꝫ iacturam adducere: tametsi hoc sepissime accidere soleat quibusdam: qui a suis inimicis sunt deuicti dicentes: q̃uis nunc victi simus alias multos superauimus. Et quo ad veritatem in excusatione melius fuisset eis paruiores omnibus hominibus alio tempore esse: q̃ꝫ principaliores. Quoniam aduersarius de victoria nostra preterita ornari excogitat: quam si nunquam consecuti fuissemus minime contra nos gauderet: quippe ꝙ aduersarius nil aliud adipiscitur in victoria: q̃ꝫ id quod nos ãmiserimus. Quod si nihil haberemus nusquam aliquid nobis adimere possent. Quoniam plerunqꝫ victis remedium est dicendo: non inueni toto tempore vite mee hominem: qui non ageret in me eandẽ superantiam: qua nũc deuincor.

¶ Particula super nonnullis proprietatibus: que communiter reperiuntur in hominibus prouinciarum: in quibus fui: aut quorum conuersationem habui.

¶ De hyspania. Cap.lxxxxi.

¶ Hispani siquidem mediocricatem inter fortitudinem: ⁊ debilitudinem sortiuntur inter quos pauca circa vires disparitas: ⁊ vtplurimum de sanguine: ⁊ colera complexionati inueniuntur. Multi tamen de

colera:⁊ melancolia principium faciunt:⁊ in quolibet palam ostenditur:de qua complexione maiorem p tem:accipiat:nam causa siccitatis patrie expedita ibi nascũtur animalia.Et in hyspania potius exercitijs homines dediti sunt:q̄ꝫ aliqua alia natio nobis nota.¶ Frequentant leuitatem cursus saltus:⁊ brachiorũ iaculationes:ac de reliquis mediocritatem accipiunt.Personarum vero magnitudo inter mediocrem:⁊ infimam versatur.¶ Sufficiẽtẽ industriam in palestra possident:⁊ in armis bonam.

¶ De Portu Gallia:siue Lusitania. Cap.lxxxxij.

¶ Lusitãie nimiũ i modũ artẽ luctãdi exercẽt:ſ; tñ grossas versutias hñt.Verũtñ cũ magnanimitate:⁊ hoc ƀm cõplexionẽ ẽ eis proprium.Pleriqꝫ enim ipsorũ melãcolici:sanguinei:seu sanguinei melãcolici. ¶ Cõmuniter inter omnes hyspani videntur libenter ad prelium festinare:sepe tamen inordinate procedunt.Quisqꝫ enim absolute per viam suam tendere vult.Sed ad defendendum:siue tutandum arces:pariterqꝫ ad debellandum alias nationes precellunt:quia quodãmodo vix cedere volunt : si ipsos non violenter acceperint:aut ꝓpter ciborũ penuriam qui:⁊ nimium offendunt scalando:vel exercendo.

¶ De Sicilia. Cap.lxxxxiij.

¶ Sicilie homines satis validi sunt viribus:ac palestris:⁊ sufficienter tripudiant:atqꝫ saliunt: ⁊ in complexione melancolici:⁊ colerici.In armis quoqꝫ valent.

¶ De Italorum dispositione. Cap.lxxxxiiij.

¶ Itali inter senon obseruant equale medium:quoniam pleriqꝫ eorum debiles sunt:⁊ quidam in particulari nimiũ fortes in complexione sanguinei:⁊ phlegmatici:preterq̄ꝫ in appulea:⁊ calabria vbi melancolici sanguinei:vel melancolici colerici reperiuntur:⁊ in tertio sanguis in eis sequitur.In longobardia plerosqꝫ phlegmaticos melancolicos inuenimus.Sed vniuersaliter in italia sanguinei phlegmatici: aut phlegmatici sanguinei:⁊ in his complexionibus satis clari:vnde ortum habet imitatores esse potiusq̄ꝫ inuentores. Multi eorum satis leues:⁊ in palestra industriosi.De altitudine vero personarum potius ad maioritatem: q̄ꝫ ad mediocritatem tendunt:at non nimium duplices : aut muniti sunt nisi in aliquo in quo extant paludes quemadmodum in longobardia vbi magni homines nascuntur.¶ In armis cum discretione: ⁊ obdedientia ire solent.Verumtamen raro ad periculosa loca accedunt:nec sunt inimicis molesti:quum parum inuigilent ad irruendum dam in hostes.

¶ Cuius complexionis Galli sint. Cap.lxxxxv.

¶ Gallie vtplurimum homines colerici:⁊ phlegmatici nascuntur mediocris stature : ⁊ nimie inter ipsos disparitatis.Nonnulli enim ex eis fortes sunt:quãquam non satis agiles communiter tamẽ:⁊ fere omnes Galli debiles: ⁊ pauce dexteritatis.ad pugnas vero capessendas omnes astricti : ⁊ conglobati vadunt:⁊ ad interimendum hostes:quos capiunt consuetudinem habent.Primo impetu strenui videtur : ⁊ victoriam assequi sciunt:Dum vero aliquam resistentiam reperiunt cito declinant:⁊ alios aggredi volentes semper iubent gentes communes preire.Iccirco optime arces expugnant : attamen ad earum defensionem multo minus valent.

¶ De Brytannia. Cap.lxxxxvi.

¶ Britannie fere omnes melancolici sunt:atqꝫ ample stature:non tamen in magnam altitudinem attingunt.Fortes in viribus valde exercent palestram:quãquam grosso modo ipsa vtantur:⁊ minime aiunt se esse victos:Quis cum facie cadant nisi dum tergo in terram prosternantur.

¶ De anglia. Cap.lxxxxvij.

¶ Angli in statura magisq mediocres sunt: et in complexione melancolici colerici: aut colerici melancolici: robusti: ac fortes: et palestram exercent. Ad compellendam vero arcu sagittam experti: et ad prelia validi: qui cum boemis satis utique assimilantur.

¶ De Germania: et flandria. Cap.lxxxxviij.

¶ Germanie: et flandrie ferme omnes phlegmatici sunt: et deinde in maiori parte colera sequitur. Sunt etiam magne stature: pauci vero fortes multoque minus leves: nec iaculari sciunt: preter aliquam rem grossam utpote saxum: et similia: qui et assidue mechanicas artes insectantur. Gens utique superba: ac bello valida.

¶ De Hungaria. Cap.lxxxxviiij.

¶ Hungarie bone stature homines nascuntur satis bene proportionati: sive formati: vel comprehensi colerici: melancolici: fortis complexionis: parum exercitijs dediti: preterque ad palestram: ad quam quodam modo quadrupedes vadunt: videlicet pedibus: ac manibus: et duo possunt per tibias apprehendunt sicut et in alijs suis convicinis provincijs. ¶ Bello validi sunt: et cum pauca sensatione frigido: et calido resistunt. Non sunt veloces: neque industriosi: sed firmiter alios expectant.

¶ De Boemis. Cap.c.

¶ Boemi fere de colera: et phlegmate sortiti: et plus in eis colera viget: quam hungaris. Sunt autem fortissimi: et magne altitudinis: atque ossium: et nervorum. ¶ Palestram quoque valde frequentant. ¶ Ipsi etiam luctando pedibus: ac manibus sup terra obrepunt. In armis vero conformes hungaris videntur: sed non adeo exercitati in temporibus nostris. Hi vero boemi: et postmodum britones communiter sunt fortiores: quam hactenus viderim.

¶ De Pollonia: Tartaria: et Ruscia. Cap. ci.

¶ Pollonie: Tartarie: et Ruscie: alijsque provincijs circummanentibus in complexione melancolici colerici sunt: Sufficientes vires habent: et parum corporeas dispositiones exercent: preterque in luctando: ac iaciendo lapidem grossum: et itidem in omnibus illis regionibus agunt. ¶ Ad pugnam vero capessendam forti animo pergunt.

¶ De Grecia. Cap.cij.

¶ Greci mediocris stature sunt: et aliquanto magis compressi: quam hyspani: tametsi in viribus: et complexionibus conformentur: sed quia perfectam coleram habent in ambabus his provincijs multi inventores reperti sunt: quamvis post coleram in hyspanis sanguis sequi soleat. ¶ Grecis vero in secundo melancolia arcum tendunt: et aliquantulo palestram exercent: qui etiam per tibias manibus capiunt: veluti in hungaria: et germania: quod in multis alijs regnis prohibitum est.

¶ De Asia. Cap.ciij.

¶ In regionibus asie qui in septentrionali plaga situantur fortes sunt sed inherendo ad partem australem minores vires continent.

¶ De Aphrica. Cap.ciiij.

¶ In aphrica prope littora maris mediterranei astutia callent: et bello prompti precipue in levi conflictu: sive

excursionibus:atq3 aggressionibus. Ubi vero aphrici veluti itali:⁊ hyspani paucaꝫ crudelitatē in hostibus ostendunt: postquam ipsos capere possunt. Et in parte aphrice supra occidentem quedam paludose prouincie sunt:in quibus homines magni:ac male colligati nutriuntur.

¶ De Francia: Anglia: Germania: ⁊ Hungaria. Cap.cv.

In gallia:anglia:germania:⁊ hungaria: atq3 quibuslibet alijs partibus septentrionalibus crudeles homines degunt. Quocirca rarissime vite hostium parcunt:dummodo ipsos interimere queant : ⁊ ob hanc causam dicitur plerosq3 eorum inebriari dum bello congredi volunt : vt minus mortem siue dolorem in moriendo:⁊ occidendo sentiant.

¶ Cuius dispositionis sint homines in frigidis regionibus. Cap.cvi.

¶ Homines qui ī patrijs frigidis nascūtur fortes esse solent:parum tamen doctrine dediti: quandoquidem facillime possunt cibis absq3 impedimento:seu infirmitatis periculo vesci . Ibi quoq3 complexio sepe inter coleram:⁊ melancoliam consistit:⁊ vt fruantur sanitate parum student.

¶ De dispositione hominum:qui in calidis prouincijs habitant. Cap.cvij.

¶ In calidis prouincijs homines debiles educantur:⁊ sanguinee complexionis sunt : atq3 eorum plurimi sapientes:sed nequeunt valde fortes esse. Non enim possunt multum cibi assumere:nec digerere: qppe quod propter calorem non potest ciborum copia assumi:⁊ sanitas conseruari : Ideo q̄uis habitatores in locis calidis nullam necessitatem haberent : nisi ob causam fugiendi infirmitates hoc satis est eis ad indagandam doctrinam.

In qua ꝓuincia melius se inueniāt homines ad ꝓprietatē suaꝝ cōplexionū. Cap.cviij.

¶ Ut sciam⁹ meli⁹ salutē corporib⁹ cōpetētē ꝑparare:natura nos edocet ponere oēs res ī alijs sibi similib⁹:vt diuti⁹ durare queāt. Quapropter nobis cōpetit ī locis:q̄ sint nr̄is ꝯplexionib⁹ ꝯformia habitare .
¶ Sanguinei in patria calida sicca:⁊ sterili habitare debent:potius ad planiciē:q̄ȝ ad altitudinē tēdēte.
¶ Colerici mansionem sublimem expetunt: in qua subtilis aer vigeat.
¶ Melancolici terram grossam:⁊ siccam inter imum locum:⁊ montuosum.
¶ Phlegmatici in patria infima morari appetunt:que sit parumper humida:seu paludosa: atq3 in pedemōtio. In locis vero collinosis homines fortiores:q̄ȝ alibi reperiuntur:

¶ Quonam modo homines in cibis:⁊ exercitijs gubernari debeant. Cap.cviiij.

¶ Quo facilius possimus pudorem:ac iacturam effugere:decet in primis personas nostras temperare priusq̄ȝ populo actus nostros propalemus:licet inter veloces:ac tardos differentia consistat. Nihilominus omnes necessitatem habemus:⁊ coacti sumus vti per aliquot dies artibus anteq̄ȝ perfectam de eis noticiam demus:⁊ velle coram populo operari:si prius non recte intellexerimus : manifestam dementiā esse dicimus. At in rebus materialibus: siue grossis: sicut in pondere extollendo non nimia temperantia opus est:⁊ in similibus laborantes possunt plures cibos assumere. Sed in luctando:⁊ proijciendo in quo etiam vires maxime expetunt: aduertendum est quod temperati maneamus:q̄uis ad magnas vires acquirendas magna ciborum quantitas : ac de bonis expetatur . Sed per aliquot dies anteq̄ȝ in examen deueniatur:presertim in palestra sobrietas maxima obseruanda est:⁊ quanto minus bibimus maior vtilitas emanat:precipue in quinq3 partibus principalioribus hoc est in sanitate:viribus: anhelitu:leuitate : ⁊ tollerantia. ¶ Tota leuitas paucos cibos:atq3 ascitutos expetit:⁊ quodcunq3 exercitiuȝ: querit quod personas nostras disponamus in locis ita asperrimis q̄ḋ deinde ad principale punctum deueniendo paucus

nobis labor videatur. Quocirca duz per centum passus currere debemus per planum: et in camisia per ali quot dies ante in montibus: aut accliuibus locis currendum est: et quod vestes: aut alias res ponderosas supra nos portemus: et ad saliendum per duos: aut tres saltus sicuti in consuetudine est priusq͂ ad examē deueniamus: competit quod habituati simus ad saliendum absq͂ interuallo per loca asperrima decem: vel duodecim. Et sursum saltare leuitatem prebet: et deorsum docet extendere personas: ac super tibias conseruari. ¶ In modo girandi postq͂ giros scimus oportet nos in equo: vel aliquo loco sublimi dispone re. Dum enim postremo ad mediocrem altitudinem deuenitur ascensus facilis est: ita quod dumtaxat ad girandum vacare potest: quoniam ad maximos giros peragendos: oportet quod equus super quo salta turi sumus mediocris sit: vel ad paruitudinem tendēs. Namq͂ aliter difficile esset nimiū adiscere. Nihilo minus sepe dum adiscimus in equo magno experiri debemus: et plures vestes deportarē: eo quod ipsas di mittendo: et ad equum infimum deueniendo videtur membra fere euolare posse. Brachia sunt exercenda intelligas quod corpora super brachijs onerentur ambulando cum ipsis brachijs super aliquo scanno: quā tum possumus: et sic deinde possunt corpori resistere dum per girum transit. Maxime quod dum ad vol tam cum dimidia simul ire volumus necesse est nos bene firmare supra manus: et brachia: vt possimus no uam vim in dimidio rotationis adducere. Naq͂ aliter nullus est adeo leuis: qui possit vltra vnam voltaz integram in vno solo ictu transire. ¶ Arma siquidem reuoluenda siue operanda sunt continuo alia longe grauiora illis que in certamine operari debemus. Hoc autem haud secus q͂ de armis offensibilibus: et de fensibilibus intelligitur: pedester: atq͂ equester: et ad luctandum per prius cum viris fortissimis experien dum est premittendo vt per omnes partes nos accipiant causa quod a terra subleuari queant: et vndeli bet deduci: vt melius in necessitatibus medium prebeamus. ¶ Similiter debemus debiliores aduersa riorum partes inquirere: et nostras cum eis adiungere.

¶ Petri Montij Collectaneorum liber secundus.

¶ Prologus.

¶ Hactenus quandam vniuersalem regulam exercitijs competentem pertractauimus: similiter: et ali quam particulam de complexionum cognitione: ac de regula deducendi secretum vnius exercitij ad alio rum remedium: et cognitionem. ¶ Denuo in hac secunda parte aliam breuiorem recollectam faciemus: in qua particulariter de vnoquoq͂ telo alijsq͂ quampluribus exercitijs pertractabitur: tametsi oporteret: quod si quispiam huic libello studere vellet saltem aliquod principium habeat de via: quam alias diffu sius scripsimus. Quandoquidem aliter difficillimum est: quod ab aliquo intelligatur: quum hic om nia breuia sint.

¶ Documentum: aut modus gubernandi nosipsos. Cap. i.

¶ Quum non sufficiat solum membra exercere dum inter alios probi esse volumus si ab arte operan di iuuamur non assuminus decet assidue studere ijs: que ad roborationem: seu aptitudinem corporum spectant: Primum quidem quod petimus obseruatio propria est. Deinceps eundum est ad iuuandum: vel offendēdū alijs: iccirco si exercitia clara siue expedita agere debemus etiam opus est quod membra nostra dum operantur expedita maneant: licet in modo adaptandi membra ad opus: ego ab antiquis: et modernis discrepem. Alij enim rigidis conatibus se se immittunt dum ad aliquem actū deuenire volunt

corpora inclinant: et vndiq; contorquent. Ego autem erecte cum leuitate absq; rigore dico certari oporte-re: Nam si aliquam magnam vim imittere debemus competit super nosipsos manere cu; leuitate: et exo lutione pedum: atque manuum nempe quod aliter vires: et leuitatem amittimus: sine quibus parum operari possumus. Homines enim in actibus validi omnes iuxta suarum personarum quantitatem cor-pora habent disciolta: extensa: ac sine rigore compacta. Et qui corpus suum declinat tibias nimium ape rit: cunctaq; membra retorquet monstrosus quodammodo vocandus est: quod vtiq; manifestus error. Nullus enim homo habés membra a natiuitate valere pót eo modo: quo isti in exercitijs corporũ ponũ tur. Quapropter suaues: et exoluti ambulare debemus: vires in pectore nostro recolligendo: et quod pa-rum vnus pes ab altero deuietur: vt facile ire: ac redire possimus quocunq; voluerimus. Corpus autem semper iturum est super pedes nusquam vero declinaturum. Quamobrem necesse est pedes continuo cor pus sectari in locum: ad quem pariter declinant: quia aliter quelibet minima aduersitas nos ad ruinam protraheret: hoc autem in cunctis membrorum exercitijs intelligendum est. ¶ Pictores quoq; veteres: ac moderni sepissime hunc communem errorem sectantur. Optimam enim figuram effingere censent: va-rio tamen modo: ac monstroso: Quod si isti cum ratione suis viribus potiri scirent aliter depingerent. ¶ In alio loco diximus conuenire quod magister actus suos superet: non autem quod ab ipsis superetur: hoc est quod quomodo operamur: aspicientibus videatur: quod nullum laborem sentimus in agendo id: quod volumus. Et qui rigidus: aut valde anxius in operando ostenditur nondum magister vocandus est eo: quod ab ipsa arte subiugatur: et a natura id: quod superat dignius illo: quod superatur. ¶ Rur-sus de principio reiterando membra: que rigida: tortuosa: nimium musculosa: quodammodo monstrosa sunt: inimica intellectui reperiuntur: et vbi suauitas intellectionis non datur nunquam opus maximum: et laude dignum resultat ita q membra expedita: et tamen suauia esse debent non nodosa: nec collinosa. Sed quod videatur fere tanquam a natura sine labore extensiones: atq; diuisiones esse innatas: et hec sunt vera corpora: licet in communi errore pictores: qui musculosa corpora depingunt commendantur. Attamen quid agant: vel dicant nesciunt. Conceditur quod animalia in hoc collinoso modo sortita vno impetu fortissi-ma sint: aut ad minus videantur eo quod dura: ac distemperata. Nihilominus ab eorum viribus paruus effectus oriri potest: quandoquidem ad maximum effectum maxima est habenda habilitas in extenso modo operandi. ¶ Vires autem membrorum: de quibus principaliter in hoc libello tractamus non sunt prorsus frequentande: ac si officia essent: ex quibus vita esset nobis suppeditanda nisi quod ipsas interdũ exercere: atq; experiri debemus: vt sciamus: ne ve obliuioni dentur.

¶ Quante excellentie palestra sit inter alia exercitia. Cap. ij.

¶ Ubi de corporalibus exercitijs tractaui ceteris palestrã preposui. nam q̃uis in se nullam aliam excel lentiam nancisceretur: nisi quod corpora nostra fortiora reddit: et in maius robur redigit in cuiusq; actus temperantia membrorum aptitudinibus competente: statui in primis de modo luctandi exponere: vt pos simus ipsam artem tanquam magistram conseruare. Nulla enim alia industria proijciẽdi de leuitate: aut ludo armorum siue equitatio docet ponere membra temperata: ac super seipsis ita vt i palestra fit: ac sem per scire responsum dare vbi necessitas occurrit.

¶ Quo pacto ad palestram ingressuri: et ambulaturi simus. Cap. iij.

¶ Initio luctandi lento passu: ac breui intrare oportet: et q puncte pedum parumper foras tendant scili cet sinistra ad sinistram: et dextera ad dexteram: et tota persona super seipsam pergat hoc é recta linea assi due super pedes ambulare. Nam dum aliquantulo thorax ad aliquam partem declinat si pedes fixi ma nent tota persona per terram dilabitur. Quare opus est quod incessanter pedes occurrant ponentes se sub thorace per rectam lineam. Sed nonnunquam in ingressione tibie debent caput precedere: quoniam eo tempore periculum est de incontro: seu obuiatione: Et hic ponendus est tornus: vel saccaligna: atq; desuiũ: hec enim tuta strategemata sunt: et cum paruis apprehensionibus fieri possunt: Nam mediana: siue circũ

data:ꝛ disclunata tollens pernam onerata:ꝛ similia potius sunt periculosa:ꝛ apprehensiones valde coniunctas expostulant. Si autem a terra nos subleuare volunt debemus ipsum ad anteriorem partem adducere:ꝛ procurare:vt a nobis subleuet:ꝛ magis tuti esse possumus si manus nostras ante aluum:vel vmbilicum suum apponimus simul cum manibus firmandum est caput:ꝛ quotiescunqꝫ offendimus: aut reparamus decet nos exolutos esse:ac veloces:ꝛ forti animo operari omnem vim ad vltimam dirutionem immitendo:est autem effugienda pars in quam alius versutiam vel armaturam vult ponere:ꝛ assequenda volutio ad quam alius corpus suum declinat:ac leues apprehensiones fiende: ꝛ quiete ambulandum. Dum autem offendere voluerimus:aut cum celeritate tutari corpora nostra reuniri debent:frequenter tamen apprehensiones mouendo perutile inuenitur querendo vbi alij membrorum debilitatem: ꝛ paucam doctrinam possident. ¶ In vastatione cuiuscunqꝫ torni alterum ponere debemus: aut vero saccalignam: ꝛ aduersus deuiationem latus alterius capiendum est. Et si cargum : vel onerationem tunc retrogredi oportet:ꝛ si nos hoc ponimus tibiam aduersantis cum nostra subleuando quanto poterimus supra scapulas:vel aliud latus euoluere debemus. Et etiam hec lata siue tollens tibiam dum tergum alterius accipimus optima est:quando a terra ipsum subleuamus.hoc autem fieri pōt dum alius apponit pernam suam per exteriores partes post nostram sursum extollendo:tunc enim cito in terram cum facie cadit : ꝛ huiuscemodi eleuatio a terra maximis viris appropriatur. Si autem nos tollere volunt persequendo ipsos saccaligna est immittenda:interdum vero tornus. Tollens pernam cito fienda est quemadmodum alia:quoniam si pes aduersantis in altum subleuari incipit non est locus deuiandi hoc strategema. Iccirco dum ponitur in eius deuastatione cum puncta pedis nostri:qui liber remanet capiendus est per anteriorem partem pedis alterius in terra sistentis:ꝛ hoc modo hostis vim suam applicare nequit. Uerumtamen contra tollentem pernam semper salubrius est corpora nostra festinatim declinare retro ipsum attrahendo:ꝛ manus nostras in lumbis eius imponendo. Ut aduersarius ad partem anteriorem vadat:ꝛ fere isto modo agendum est tunc:quum in brachio bipartito:vel diuiso sumus:similiter optimum est contra disclunatam:ꝛ britonam quod dum nobis ponuntur retrocedamus. Hec autem disclunata : siue britona ab ista apprehensione valde prodesse solet contra retrocoruatam.

¶ De illo quod demum in palestra est obseruandum. Cap.iiij.

¶ Postremum:aut id:quod in palestra firmiter tenendum est dicimus: Ut accipiendo ab agagathe diploidis:ꝛ ponendo tornum saccalignam:ꝛ deuiationem. ¶ Et in ludo brachij diuisi ponendus est tornus:vel obuiatio ea parte qua facies manet:ꝛ saccaligna ad eundem pedez. ¶ Et de singulis brachijs applicanda est obuiatio pedi remotiori. Saccaligna vero propriori. ¶ Quod si latus nostrum apprehenditur decet circundatam disclunatam:ꝛ saccalignam immittere. Et dum a tergo apprehendimur capienda sunt brachia impugnātis : ꝛ anterius attrahenda saccalignam in quocunqꝫ pede: aut dislūbatam ponendo. ¶ Et contra illos:qui per tibias apprehendunt armaturi sumus cum eadem tibia : quam nobis apprehendunt. ¶ Et si procul manemus obuiatio vtilis est. Sed dum nimium coniuncti mediana debet: aut disclunata:vel saccaligna fieri:ꝛ in ludo brachij equaliter diuisi:siue communis saccaligna appropriatur. Tum etiam perutile esse dicimus ꝙ eodem tempore: quo alius ad crura nostra vadit nos manibus crura eius apprehendamus:ꝛ cum obuiatione euadamus eo quod hoc modo nequeunt nos a terra subleuare:ꝛ quum tibia nostra apprehenditur:bona est saccaligna:ꝛ melius in hoc per forcaturam:vel dimidium tibiarum manibus nostris accipere:tunc enim extolli nequimus.

¶ Utilis astutia in palestra. Cap.v.

¶Quotiescunqꝫ cum aliquo reperimur: qui se defendit: ⁊ in arte luctandi valet si fortasse debilis erit pro
curandum est: vt brachia nostra sub brachijs eius ponamus ad hoc quod per eius lumbos apprehende-
re possimus: quod ab hyspanis tomar el cuerpo dicitur. Hic autem applicanda est obuiatio: vel saccali-
gna: aut quod reuoluamur: vt suum latus: aut tergum capiamus: ⁊ eodem tempore tota vis est imitten-
da in vltima extremitate: vel diruptione: pariter aduertendum est quod dum alius se defendit si debilior
nobis erit ad aliquem parietem ipsum reducamus eo quod ibi secum coniungamur. ¶Regula tanquaꝫ
vniuersalis habenda est: quod dum hostis moueri incipit ad armandum: siue ad insidiandum nobis: vel
quod aliquem ictum iacit eodem instanti debemus tangere: vel parumper retrocedere: donec ictus eius
transierit: aut in declinationem iuerit: ⁊ ictus nostri operandi sunt iuxta alterius declinationem. Nullo enĩ
tempore homo tam deordinatus reperitur: q̃ dum aliquid incipere vult: vel ad finiendum vadit. quocirca
is: qui sapiens est in vno istorum temporum debet aduersario offendere. ¶Si disclunata alta ponetur: ⁊
magnum gyrum super se faciet laboriosum erit illi ad quem ponitur: cui tamen in remedium bonum est:
quod deflectatur: ⁊ retrogrediens inclinetur. Sed melius quod se erectum tradat totis viribus ex terra
alium subleuando: ⁊ hoc adiuuat contra disclunatam medianam: ⁊ saccalignam. ¶De hac apprehensio
ne multo melius est illi: qui magnus erit: quod det latus suum: vel alterius latus capiat: quanq̃ oporteat
quod qui manet cum brachijs super humeris alterius: seipsum deflectat in pugnantem deprimendo: ⁊
qui inferius: aut per latus apprehendit se erigat. ¶In disclunate destructionem quoddam antegenu cuꝫ
sura nostra ponitur: hoc est pes: qui in nobis liber est ante genu: aut musculum pedis alterius in terra firma
ti fere in modum: quo saccaligna iacitur equipartitis brachijs manendo: tametsi in hoc antegenu pes po
sterioris partis in anteriorem vadat. Hoc strategema forsitan nouiter repertum est. ¶Si vnus discluna
tam vigorose imittit: ⁊ alter parimodo antegenu: magnum est periculum dirumpendi tibiam illi: qui di
sclunatam posuerit subtus nullo modo flecti potest: qui hoc egerit contra medianam quoqꝫ: ⁊ saccalignã
insistit: licet aduersus disclunatam sua sit perfectio. ¶Preterea quia leueclunium in buca siue circa ge-
nu positum est horribile: presertim si est fortis: ⁊ magne stature: qui ponit ipsum potius fugiendo resistere
possumus: quam destruendo cum pedibus strategema ipsum: ⁊ ad hoc tutius quod fieri potest: est quod
tibia nostra: in qua alius armare: vel offendere vult cum diligentia maxima retrocedamus fere circumcir
ca ad tergum nostrum: ⁊ quod alia coxa vadat ante fere per dimidium tibiarum alterius: ⁊ in hoc modo
non potest poni leueclunium: siue disclunata: ⁊ quãuis poneretur: nil operatur. ¶Preterea dum ad bra
chium diuisum sumus: quod lingua Hyspana ad brazum partitum dicitur: si alter: aut qui nobiscum lucta
tur declinatur nimis atque fugit: cum pedibus sepenumero bonum est cum brachijs nostris ipsum suble
uare atque sustinere: ⁊ in eo instanti cum festinatione est assumendum cum brachio nostro qui manet supe
rius de collo: aut scapulas alterius ponendo leueclunium: seu descaderatam vulgariter dictam: sed opor-
tet cum animo deliberato incipere mediare: atqꝫ finire: ⁊ ad hoc oportet quod caput nostrum nimium
ad partem anteriorem declinetur: tamen cum volta maxima super latus cum tali imaginatione: quod
nosipsos prosternemus: aut aduersarium: tamen quod ipse aduersarius nil mali in eo tunc contra nos ope
rari possit. Et hoc strategema optimũ est: sed animum deliberatum exposcit: veluti faciunt omnes indu-
strie super descaderata vadunt cum volta de quacunque parte quod brachia capiant britani similibus ni-
mium vtuntur: ⁊ vt bene hec fiant oportet quod nimium latus nostrum ad partem tergoris cum aduer-
sante coniungamus. ¶Tutella: seu preparatio contra similes reuolutiones intelligas veluti nesciam di-
scaderatam oneratam: seu onus: tolleperna semper festinanter sunt ponenda brachia nostra super lumbos:
seu latera alterius fere in ea parte per quam cingimur: ⁊ brachia quantum possunt dura: atque porrecta in
eo tunc manere debent: ⁊ tibie: atque totum corpus omnia in eodem tempore retrocedere ⁊ sic nullum lo
cum aduersanti prebemus ad similia operanda: licet quod hic modus ponendi brachia nimium contra
omnes industrias in palestra valet: presertim contra morẽ britanicum: ⁊ lusitanicum.

¶Et aduertendum est: quod tolleperna in pluribus locis applicari potest: tum in euadendo alios: tum

vero in preparando contra magnas: seu strategemata aduersantis:quoniam non tantum tolleperna tutat
nos ab aduersitate per competitorem adducta:sed imo est ad sternendum ipsuz. ¶ Veluti semper quod
alter apponit nestiam:quãuis voluat corpus admodum onerate:aut quod ponat transcoruatam : que fit
per partem exteriorem tibie nostre expellendo nos:vt retro cadamus:vnde in eodem puncto festinatim
deliberato animo est reuoluendum tergum nostrum inquantum possumus ad pectus alterius tollendo i
altum:quo ad vires tibiam nostram quam ab aduersario apprehensa est:⁊ quod cum volta veniamus ta
liter quod alius venit ad cadendum super tergum. ¶ Verũtamen quis nestiam applicat pariter seipsuz
declinare:⁊ reuoluere debet super partem suam:⁊ in hoc modo saluari posset. ¶ Dum ad brachiũ equa
liter diuisum:seu ad cõmunem apprehensionem deuenitur:⁊ ponimus saccalignam:vt alius super tergum
cadat:⁊ etiam ipse ad partem posteriorem nostram inquantum possit expellit nos statim: seu absq; inter
uallo temporis in tollepernam reuertendum est:declinando corpus inquantum possumus cum volta ma
gna ad partem nostram ⁊ in hoc modo de facili aduersarius cadet:⁊ si ipse similem tollepernam contra
nos applicat:oportet extemplo cum tota vi nostra nosipsos super genua declinare ponendo manus super
lumbos:vel naticas alterius expellendo ipsum:vt super faciem suam ad partem anteriorem vadat: que in
dustria sola a tolleperna super omnes alias tutat nos:licet quod aliquod aliud remedium fieri potest:vt su
pra saltare cum ea tibia nostra que apprehensa est:licet ꝙ ista parum prodest:nã raro fieri posset antepes
cum eodem pede nostro:qui tollebatur contra tollepernam nimium valet si cum tempore debito fit. tem
pus debitum in hoc loco est quod incipiendo ad subleuandum:vel volendo subleuare tibiam nostram eã
démet apponamus ante spinam tibie sue: ⁊ ita ille cadit super faciem: aut saltem nos nullatenus cadere
possumus dum pedem nostrum in eo loco applicamus:que industria:siue reparum in eodez modo fit: vt
contra disclunatam agere solemus:vt recte destruatur:licet quod tunc apponitur pes:vel tibia super genu
alterius vel coxam.⁊ in reparando contra tollepernam non ita altum applicamus pedem nostrum: sed tã
tum super spinam. ¶ Saccaligna autem dum ad commune brachium quod abrazo partido Hyspani
dicunt manemus que fit ad pedem manentem super eam partem vbi est alterius facies etiam est reparã
da:vel soluenda in hoc modo vt de tolleperna vel anca in vulgari denominata iam explicauimus:hoc est
in primis statim dimittere apprehensionem factam cum manu nostra manente super alterum latus:ĩ quo
apponunt nobis saccalignam videlicet si applicant illam in pede sinistro est dimittenda apprehensio cum
manu dextera facta:⁊ sic econuerso:⁊ in eodem instanti oportet retrotrahere illud latus:quod erat vbi ap
prehensionez amittimus:⁊ quod ambe manus nostre super lumbos:vel naticas alterius apponantur : hoc
est super clunem in latere expellendo ipsum:vt super faciem suam vadat:⁊ ante pedem apponamus cum
eodem pede super quem aduersarius saccalignam ponit. ¶ Modus apponendi manus super clunem
alterius:⁊ declinandi totam personam nostram super genua retrocedendo inquantum possumus in de
fensione contra tollepernam in eo modo fit:quod agimus quando oneratam fugere volumus. ¶ Et ad
uertas quia tolleperna maximum exposcit animum.vt recte fiat:tandem posita vt debetur nimium valere
solet:⁊ contra plures offensiones nos defendit. ¶ Contra rodellolam in lingua hyspana dictam aut ge
nocholam in vulgari italo:etiam optima est tolleperna. ¶ Rodellola:aut genochola taliter fit : quod ge
nu nostrum apponitur circa buccam perne alterius non retro omnino:nisi ad latus manente pede nostro
in terra onerando cum tota persona inquantum valemus.vt alter super illud latus cadat. ¶ Et si contra
nos hec rodellola nuncupata applicatur festinatim in tolleperna ingrediendum est cum volta maxima su
per alterum latus nostrum declinando caput quantum possumus tollendo pernam nostram simul cum
perna alterius:⁊ hoc fit cum quacunque perna vbi ponunt nobis genulolam: ¶ Etiam tolleperna versus
retropedem valet:quoniam dum ipsum apponunt nobis:si extollimus pernam recolligendo pedem alte
rius cum conditionibus iam dictis ipsum ad terram deducimus. ¶ Deniq; dum nosipsos tantum tutari
volumus erecti ambulando:vt non videamur aduersarium timere sufficit contra omnia strategemata bra
chijs nostris vti:veluti textores telaꝝ pedibus vtunť:hoc ẽ qꝛ qñ vn⁹ pes p̃mit ali⁹ cõcedit. ¶ Et ita bra
chia nr̃a agere debẽt dũ appħẽsi ante pect⁹: aut aluũ alterius sunt vel circa agatẽ: licet qd̃ hoc recte fieri
nõ põt:si nudi luctať:qm̃ tũc apprehẽsiões faciliter affugiũt.verũtñ dũ inducti palestrite sunt qs ipsorum
vult erectus ambulare sup tibias semp hoc est qd̃ nunquã caput aut pectus precedat ad partez anteriorẽ

genua:nequidem genua punctas pedum:seu digitos:ꝛ quod genua ipsa:atqꝫ natice aliquantulum per di rectum declinentur:si forte declinare volunt habendo brachia assidue super duriciem obuiando semper al teri super illam partem:vbi ipsemet oneratur:aut firmari vult expellendo ipsum : ut ad partem posteriorem vadat:ꝛ ad hoc agendum:quando cum vno brachio:quando cum alio attendendum est : tamen q̄ꝺ cedat brachium nostrum vbi aduersarius nos deducere vult:ꝛ quod alterum brachium expellat competi torem ipsum.¶ In offensa:ꝛ defensa versus transbucatam optimū est trahere tibiam nostram tollendo ipsam inquantum possumus:vt pes in altum veniat onerando quo ad posse personam nostram super pe ctus alterius:vt versus tergum suum ruat:aut si volumus in eo tunc subleuata tibia possumus reuerti in tollepernam girando corpus nostrum.

¶ Ulterius quia nonnulli maximam habent affectionem in hac tollepernã:ꝛ vbi maxima affe tio ibi opus multiplicatur:aliqua vniuersalis atque tuta defensio aperienda est.Jn primis siquidem qui hoc tra cagema cum sufficientia apponunt quo ad vires procurant cum manu sua dextra super pectus nostrum apprehendere diploidem taliter quod manus ipsorum attingit circa ortum brachij dexteri alterius ꝛ cū sinistra capiunt circa cubitum illius brachij dexteri aduersantis.Et tibiam dexteram etiam mittunt an teponendo seipsos super latus:deinceps autem tollepernam vel anchiam applicant alteram quantum pos sunt vsque ad inguina quantum possunt declinant caput se voluendo super latus sinistrum.¶ Contra hoc nulla defensio tutior quam in principio si alter ponit brachium dextrum iuxta dexterum nostrum quod nos quoqꝫ similiter faciamus dexterum super dexterum suum:sinistram manum fixam atque rigidam su per latus dextrum alterius circa cincturam ipsius:ꝛ quod pedem sinistrum nostrum in quo ipse nocere vult retrocedamus:tamen oportet erectos ambulare:ꝛ dum ipse applicat hancindustriam declinando to tam personam nostram decet ipsum ad partem anteriorem expellere quod facile est: si volumus brachia nostra rigida tenere quoniam in eo tunc penes potest attingere cum pede ad tibiã nostram:facile quoqꝫ possumus soluere tibiam ponere ipsam super partem anteriorem mittendo tornum in pede alterius qui in terra fixus manebat.Et alter cum brachio sinistro apprehendit etiam nos cum sinistro secundum condictiones iam de brachio dextro positas apprehendere debemus.¶ Aduertas etiam quia dum con tra hoc tractagema pugnatur bonum est britãnos ꝛ fere omnes alios homines palestram exercentes in duriciem imitare:tamen cum brachijs tantum:non enim cum thoracibus:ꝛ multominus cum pedibus: nam ipsi vix audent subleuare pedes a terra ꝛ quo ad posse firmant ipsos in ea:nos vero aliter agendum esse asserimus.Nam in illo modo ambulando paruam habent desolutionem membrorum seu aptitudi nem.Unde fit quia decertando armis parum vel nihil prodest eis palestritas esse:saltem si arma leuia sunt vel pauca arma defensibilia adducunt si optime atque grauiter in aluo armati sunt omnino possunt presertim ad non cadendum de hoc modo luctandi se preualere:tamen melius est vt hic illic cum armis ꝛ sine illis nos de palestra valere possumus quod leuiter ꝛ solute cum pedibus ambulemus.¶ Amplius ve luti superius expositum est tolleperna contra plura tratagemata medium prestat:presertim contra trãsbu catam ꝛ genucolam:quia quãuis fere iam ad terram declinando attingamus si modo nosipsos declina mus ꝛ volumus nimium eodem tunc ingrediendo in tollepernam facillime remediamus contra genuco lam.¶ Et quando applicatur ad pedem ad quem tornus erat mittendus: fugere pedem nostrum bo num est:cum altero vero ingredi in saccalignam ad pedem aduersarij quem ipse procul dimittit : aut in quo tornus ponendus esset.¶ Hac genucola sepenumero vtimur ad brachium diuisum seu comune:pre sertim si homines armati sunt.

¶ Ubi faciende sint apprehensiones in palestra:ꝛ quod aduersario non debemus terga ver tere:nequidem nos tanto quod possumus prosternari sinere. Cap. vi.

¶ De numero prosternationum:quo luctandum sit:ꝛ qua condictione:aut quo loco non sint apprehen siones admittẽde iã in alio volumine de cognitiōe hoīum tractãtes i longū scripsim⁹ assignãdo q̄ꝺ ex eo q̄ꝺ cito aliquis fortuitus casus irruere pōt:hīs luctãdū est ꝛ ex supiori forcatura accipiẽdū: q enim exinde

deorsum apprehendit valde declinat:quod esset alicuius magni detrimenti initiū p̄liando armis p seipsū:
q̄uis hoc nō tāto detrimento sit.quāto esset palestra britānorum:atqꝫ aliorū:qui eos imitari solent.Nā
quādo armare volunt pluries vertunt terga aduersario:⁊ sursum armant taliter quod per seipsos sepe ca
dunt.Et quāuis non cadant:qui eos ex spatulis:aut a latere apprehēdit facile ip̄os sauciare potest:Jdeo
qꝫ ad similitudinem preliandi armis homo semper ire debet versa facie in hostem.Unde oculi attenti es
se debent ad manum:qua alius fert telum.Et si hostem prosternari possumus cauendum est ne reuoluti
secum cadamus:quoniam in britona tam reuoluti cadunt quod ferme vnus potest tātum de telo adiuua
ri:quantum ⁊ alius:neuter tamen bene in eo quod britānorum palestra non potest proprie palestra. Sed
reuolutio exabrupta vocari maxime:quod nullam in membris doctrinam ponit ad faciendum alia diuer
sa exercitia:Quod multo aliter extat in palestra:qua super se:atqꝫ cōmuniter facie ad faciem itur.

❡Quomodo est luctandum cum stafilibus:aut corrigijs. Cap.vij.

❡Preterea diligenter animaduertendum est:dum cum stafilibus:seu corrigijs luctatur : quod magna
stat disparitas inter homines magne stature:⁊ parue:⁊ inter grossos:⁊ subtiles.nam qui per lumbos ni-
mium muniti sunt:in eo loco magnam habent vim:⁊ sic facilius tollerant laborem quam alij per cincturā
seu lumbos graciles:⁊ quia cum in hoc modo luctatur:alter alteri concedit apprehensiones prius quam
ponat vim:⁊ in his apprehensionibus adequantur in altitudine:qui altior eorum est dum postmodum eri
gitur extollit a terra minorem absqꝫ labore tantum:quantum est maior.❡Et hic magni:qui experti sunt
quadam industria vti solent:que industria talis est.Aperiunt tibias nimium in qua apertione declinantur
per vnam manum:aut magis si volunt:⁊ tamen videntur directi manere: sed cum postmodum appropi
quāt pedem ad pedem crescunt:⁊ subleuant paruulum:vnde nullatenus de ratione in hoc modo apprehē
siones fieri debent:dato quod sit pactum cum zonis luctari:sed postq̄ꝫ corrigie cincte sunt vnusquisqꝫ de
bet capere ipsam si potest:eo quod magnus in apprehendendo etiam veniat tanto magis altior : quanto
est altior altero:⁊ qui euitare vult:vt ab alio non subleuetur:oportet apponere manus ante album alterius
in corrigia:aut diploide:sunt aperiende tibie fortiter ponere ipsas procul a parte posteriori:⁊ quod corpus
vadat directum:idest non deflexum:super genibus:atqꝫ naticis ⁊ cum alius vult subleuare oportet ipsum
cum violentia:atqꝫ velocitate ad partem nostram attrahere:⁊ quandoqꝫ cum brachijs tunc ipsum retro
expellere super eam partem:quam euenire vult:⁊ si confidit ad extollendum aut magnam mittit vim cum
de solutione:atque deliberato animo oportet in instanti propinquare:ad ipsum ponendo contra eum sacca
lignam:vel tornum:vel firmare caput: super stomachum eius:⁊ sic non habet modum subleuandi in quo
tempore de facili cadere possunt quia disordinati manent:presertim quia omnes:qui in simili modo lucta
ri solent:parum de palestra sciunt:⁊ in longobardia tantum vtitur.intelligas : quod ego non habui noti-
ciam de aliqua patria in qua in simili modo luctarentur.❡Et hij quandam legem inter se habent videli
cet quod non possunt:per partem foris tibiarum armare seu industriam pedum operari nequidem circū
data:aut vera saccaligna ingredi:nisi tollit pernam cum hoc crure:vel cum illo:⁊ quandoqꝫ disclunatam:
quam ipsi de galloni dicunt:⁊ alij denominant de coxa:⁊ etiam voltas:seu giros circumcirca per pactum
suum dare possunt.❡Denique dum homo strategematibus pedum vti vult:facile est prosternere similia
operantes.presertim dum vnusquisque apprehendit:vt apprehendere potest.intelligas non per pactum di
cendo permitte me apprehendere vt volo:⁊ postmodum pariter te permittam:sed hoc non attinet postre
mo posse:⁊ sic vnusquisqꝫ tenetur ad accipiendum:quanto melius valet ad libitum:vel contra libitum ad
uersantis.❡Et hic vnum precipue aduertendum est:contra fortissimos artem magnam habentes: quod
pro minori malo saltem in principio:qui debilis est:aut paucam habet doctrinam quod semper in defen-
sione:seu ad tutandum seipsum attentus sit. ❡Et ad hanc defensionem oportet pedes semper equales
portare cum mediocri distantia inter vnum ⁊ alium:licet aliquantulum magis distantes:quam dum ho-
mo offendere vult:⁊ brachia debent ire ante pectus:vel ventrem alterius : ⁊ si alter vult ingredi ad con-
iungendum albū cum albo:diligenter est ambulandum retro ponendo etiam caput ante pectus volentis
ingredi:⁊ vt melius hoc fiat locus spaciosus luctandi est querendus:nam in stricto nō pōt ita fugere: ⁊ tn̄
in stricto:qui defensari vult:circūcirca debet ambulare non aūt retro. ❡Et super oībus alijs defensiōib⁹

cauendum est ne brachia alterius sub nostris ingrediantur. nam si aduersarius fortis est: ⁊ ponit brachia sub brachijs alterius capiendo ipsum per lumbos non prebet ei amplius locum defensionis. ❡ Et vt brachia alterius sub nostris nō ingrediantur semp cū velocitate cū alius vult ponere vnū brachiū sub brachio nostro est tollendū ipsum nostrū brachiū: ⁊ quod per partem superiorem iuxta pectus alterius veniat inferius dimittendo brachium aduersantis ad partem foris fugiendo corpus nostrum retro. Et in hoc modo facillime brachia nostra sub brachijs alterius ingrediuntur: ⁊ hoc semper agendo: atqꝫ velocissime duꝫ alter per partem inferiorem ingredi vult: ⁊ tamen si omnino defensari volumus: quāuis alius tollat brachia sua prebendo locū: vt ipsum per cincturam a parte anteriori aut per latera capiamus. non est ingrediendū sed semper habere brachia ante pectus: vel cincturam aduersantis: ⁊ semper per directuꝫ ante faciem illiꝰ est ambulandum non autem ad latera: ⁊ hic est vltimus modus defensionis: quē inueniri potest: ⁊ tamen cum alius: cū vehementia: atqꝫ inordinate ingredi vult animo deliberato: atqꝫ oībus membris solutis est ingrediendum cum torno: pmittendo venire aduersarium cum volta magna: atqꝫ deuiatione super illam partem ad quam ipse premit. ⁊ facillime cadet: ⁊ si non potes ipsum cōuincere extemplo reuertendū est ad defensionē: veluti prius eras: ⁊ hec mānia seu strategema: sepe contra offensores volētes ingredi agēda ē.

❡ Quonam modo de omnibus apprehensionibus dum palestra decertatur vires nostre dirigende sint: tunc quando strategemata fiunt. Cap. viij.

❡ In decertatione palestre cum inter omnia alia strategemata tornus seu trauersa pñcipalis est eo quod de omnibus apprehensionibus ipsum applicare possumus: ⁊ semper in tuto modo ad alias industrias cōparatus. tamen difficilis est: vt perfecte fiat: quāuis cito cōprehendatur i cōfuso modo assumptus: pfectio tamē ipsius in paucis palestritis hacterus stetit. ❡ Et vt recte fiat duo tantum petit. primum: qꝛ manus quomodocunqꝫ in cōpetitore apprehense sint vna earum debet aduersarium subleuare: ⁊ alia declinare: ⁊ vt rectius intelligas manus existens super illud latus. vbi competitorem prosternere volumus debet quo ad vires ad partem inferiorem aduersarium declinare simul attrahendo ipsum ad partem suam. ❡ Altera vero manus nostra debet in eodem tempore subleuare aduersarium expellendo latus illius fere retro cum volta tamen eo quod alteram manum aduersarius assequatur: ⁊ hec industria taliter fit: qꝛ videtur vna manus nostra super nostram alteram euenire in modo girationis: ⁊ manus que ad partem inferioreꝫ attrahit taliter vadit: ac si sub altera manu ingredi vellet. ❡ Alter vero modus talis est: qꝛ totam personā nostram in eodem istanti temporis in altum extollamus rigida omnia membra: remanendo tamen declinando totam personam ad posteriorem partem super tergum nostrum: vt alterum a terra subleuare possimus: nam cum ipsum aliquantulum extollimus: deinceps facilius cum partibus superioribus cuꝫ ad terram referimus: tamen oportet manus: atqꝫ tota nostra persona in modo reuolutionis assequi: vt iam dictum est. ❡ Mediana siue circūdata: siquidem in ordine subleuandi alterum cum industria torni conformatur: quoniam oportet cum clune aduersarium extollere: ⁊ in eodem instanti nimium personam nostram super tergum declinare: tamen cum volta expellendo ipsum: vt ad terram veniat subleuando cuꝫ vna manu: ⁊ declinando cum alia veluti de torno explicauimus. ❡ De desuio autem ambe manus volunt attrahi ad partem inferiorem: cum volta tamen dirigendo se ad terram ambe: nam si totaliter circumcirca irent non potuissent alterum prosternere. ❡ Saccaligne omnes petunt omnia membra nostra preter tibiam: que armat saccalignam ad partem inferiorem aduersarium declinare: vt super tergum vadat. ❡ Desdunata: vel clunis leuium cum tibia: vel clunij nostra alterum subleuandum est: tamen brachia: ⁊ thorax nostrum cum volta euenire debent: dirigendo aduersarium ad terram inquantum possunt. ❡ Nestia: ⁊ tolle perna etiam petunt girationem magnam: est tollenda tibia nostra declinando omnia alia membra attrahendo alteꝝ cū reuolutione: vt cum tergo ad terram deueniat. ❡ In retro pede vero traspie in lingua hyspana denominatum tantum attrahit pedem alterius ad partem anteriorem: ⁊ brachia nostra expellunt ipsum super tergum: vt ad terram vadat. ❡ Trambocata non potest denominari industria: ⁊ sic tantum carentes arte eam apponunt tandem quando fit totam personam quo ad vires oportet onerare super personam alterius plicando: atque declinando ipsum super tergum. ❡ Uolte siue girationes autē: que subleuato aduersario a terra fiunt in fine oportet quo ad vires ipsuꝫ declinare: tñ aliquātulū sequētes

bas girationes:vt ad terram veniat:nam proijciendo ipsum circũcirca equaliter non caderet. vnde opor-
tet simul cum giratione ad terram ipsum declinare apponendo aliquam tibiam nostram:vel clunem ante
suas:vt pedes in terra sistere nequeat. ¶ In alijs vtique vbi nulla requiritur industria pedum: nisi
brachiorum:ꝛ aliorum membrorum inquantum valemus conandum est ad declinandum aduersantem:
vt ad terram veniat: veluti in deslumbata:que fit dum alter capit latus nostrum:aut tergum:quia firma
mus scapulas nostras: aut brachium super collum:vel humeros alterius saltando ad partem anteriorẽ
onerando super ipsum:vt cum aluo ad cadendum veniat: licet quod si apprehendit nos per tergum bra-
chia sua:cum nostris sunt retinenda:ꝛ quod scapule nostre firmentur super barbam competitoris in eo tẽ
pore quod ad partem anteriorem saltamus. ¶ Precipitata:vel retirata fit:dum cũ manibus de agaga
the alterius:aut de aliqua parte circa collum apprehendimus:ꝛ ad partem anteriorẽ velociter ipsũ attra
himus:tamen inquantum possumus declinando caput illius:vt cum caput ad terram veniat retrocede-
do per aliquos gradus nosipsi:vt locum alteri prebeamus:ad cadẽdũ. ¶ Furata:aut deuiata: que agitur
dum ad brachium equaliter diuisum manemus:ꝛ cum alias apponimus tornum:est ostendendum aliũ
velle subleuare:ꝛ in eodem tempore:aut festinatim super cãmet partem:vbi tornus erat applicãdus decli
nare ipsum quo ad vires:vt super faciem cadat:tamen corpus nostrum est deuiandum inquantũ possu
mus:veluti fit dum de agagathe:seu de collo agimus:ꝛ deuium apponimus. ¶ Deniq̃ semper quod in
palestra aliqua sit industria vbi pedes non tangunt pedes alterius magna volta seu deuiatio cum corpo-
re nostro agenda est. ¶ Preterea vnum tanquam potissimum in palestra aduertendum est:quod pes:q̃
armat vel pedem alterius infestat debet inquantum potest seipsum prolongare:hoc est quod non maneat
sub genu:non sub clunibus:non sub humeris:non sub capite:imo inquantum potest deuiatus veluti manꝰ
deuiatur:aut deuiari debet ab humeris a capite:dum proijcimus:ꝛ dũ armis decertatur. ¶ Rursus opor
tet dum armamus quod totum corpus rigidum remaneat:ꝛ nil magis duplicatum super vnum mẽbrũ
quam super aliud presertĩ in agendis tornis hoc decet:ꝛ vt semper hos tornos recte agamus:tale signũ
est obseruandum:quod inquantum possumus pedem ad partem anteriorem porrigamus ipsum in alto
tollendo:nam impossibile est recte corpus inclinare super tergum rigide manendo:si pes per partem ante
riorem:quo ad vires non extollimus:vnde hoc obseruato semper tornus recte fiet. ¶ Deuiatio siquidẽ ẽt
expetit quod tibia nostra:que anteponitur alteri rigida maneat:ꝛ quod non ponatur talus ĩ terra: nisi cu
spides digitorum ipsius pedis tantum: ꝛ in hoc modo alterum dirigimus ad terram quod non fieret af
firmando talum in terra.

¶ Quonam pacto in armis ambulare debemus. Cap. viiij

¶ In armis decet quod vim altam:ꝛ pedes leues ponamus:nec procul vnum ab altero causa quod sal
tare:ꝛ ambulare ante:ꝛ retro possimus aut vero super latera circundare:ꝛ huiusmodi intentus habendus
est quod arma semper inter nos:ꝛ aduersarium vadat. Nam deuiando ipsam ad aliquod latus multum
superius:aut inferius periculum nobis esset:ꝛ quod armam defensibilem habeamus:vel ꝙ cum illa met:
qua offendimus reparare velimus semper tutius erit mẽbrũ effugere:in quo alter nos percutere volet:nõ
quod in hoc terram perdamus:nisi quod nos non attingat:aut ictus aduersantis incassum trãseat. Nos
quoq̃ sepius retrahere oportet ꝑ vnum passum a latere deuiando. Et tunc ad discooperta loca ĩpugnan
tis ictus nostri iaciẽdi sunt minãdo ad vnã partẽ cũ dimidio ictu corporis ostentationẽ faciendo: tñ tunc
absq̃ teli motiõe:ac deinceps festinatim reuertamur ad faciẽdum ex alia pte longũ ictum: ꝛ semp tibias
ꝛ brachia de loco ad locũ cum ictibus:atq̃ breuibus passibus ĩ modo dissimulationis moueamus.

¶ De ludo Aze:vel Tricuspidis. Cap. x.

¶ Cum quacũq̃ arma inhastata:seu fuste tutius ludit:q̃ aliter viã tricuspidis obseruãdo. Sed arma ad
anteriorẽ partẽ porrecta ire debet sicut tricuspis:vel aza qñ ipsam capimus ꝑ inferiorẽ contum: ꝛ anterius
tẽdimꝰ:ꝛ ictus aze ĩ leuata hoc ẽ ĩ pñcipio docẽdi iacẽt:ꝛ pñcipaliores cũ calce:vel cõto fiũt ĩferius: sepe
tñ supius est siguandũ statim partes nostras cooperiẽdo:ꝛ ictum ad ptes inferiores anterius dirigendo.

Nec aliter de pede ad caput iactus est fiendus prolongando azam ad feriendū cum martello: seu puncta obtusa per superiorem partem: brachia in nobisipsis sunt recolligenda. Alter enim vadit ad cooperiendu3 se: et eodem tempore est locus nocendi cum puncta ad stomachum: et reuertendo iterum ad nos tegendū velociter: tunc generalis regula est ocius cum calce punctam iacere. Nam quotiescunq3 vult ictum nostrū repare firmiter manendo: aut se nobiscum iungere: possumus ipsum conto percutere duos: aut tres ictus agendo absq3 quod manus firmentur: et parumper retrocedere oportet: sunt assidue instruendi: ac moderandi: pedes: et caput obseruandum: et quod manus decurrant: et velociter permutentur: ne ab aduersario tagant. ¶ Dissoluta quoq3 ē ducēda tricuspis: nāq3 ipsa3 firmā tenēdo curtos: siue breues ict9 agerem9.

¶ Deniq3 vt superius dictum est: super omnia oportet pedestrem semper constanti animo manere: et nō tantum dum procul ab ipso equester est: sed etiam contingendo simul misceri: videlicet quod si equus cu3 homine pedestri manente coniungeretur semper in tali casu animus fixus est habendus: et si homo cadit in terra sub aluo collo: aut pedibus equi semper manus illius cadentis in terra officium suum operari debent dextrum: et sinistrum: et presertim ad superiorem partem: dato quod facie in terra caderet: arma sunt semp supi9 dirigenda ad vulnerandū equū: que res facilis est cum per partes inferiores: vt per aluu3 semper equus inermis vadit: et sic de facili occiditur: et quāuis pedes super aliquod membrum hoīs cadētis ī terram poneret: si homo est armatus pa3 mali potest ei causare: et dato quod sine armis homo sit: nō potest habere tantū malum: de pedibus: aut dentib9 equi datō mordere vellet: qō homo armis suis vti nequeat: et occidere equum: et tunc qui equester manet parum potest nocere iacētem in terra: presertim si arma breuia tantūmodo habet. ¶ Sed causa paucitatis animi: aut inaduertētia intellectus: qō fere oēs homines pedestres manentes cōtra equestres: quū coniungunt̄ amittunt animū: presertim si sub pedibus eq cadunt: vnde nil querunt: vt ab armis suis auxilium petant: et sic tanquā vinctis manibus: et pedibus miserabiliter manent: quāuis tunc accōmodatissimū haberent locū occidendi equū: qui super ipsos venit: licet quod ad hoc agendum oportet hominem solutum: siue agilem: et fortissimum esse: nam si debilis: et aliquibus defensibilibus armis inductus est: parum potest se mouere: vt de offensibilibus armis aduersario noceat. ¶ Insuper paruum incontrum: aut calces equi conuincit seu tormentat: ipsum hominem. sed dum fortis est. in quocunq3 tempore habendo arma multo contra equestrem potest tandem: qui habet animū semper intersugiet obuiationem equi: saltem quod ad plenum ipsum non accipiet: vnde paulatim vniunt̄: et sic obuiatio fit parua: et de parua obuiatione paruum oritur nocumentum. ¶ Et dum pedestres manemus: et coniuncti cum equestri sumus de industria quandoq3 optimum erit nosipsos declinare: more luporum: vt sub aluo equi deueniamus: causa quod tunc ipsum facilime occidere quimus: ī quo tempore nō vnum solum ictum: sed plures cum celeritate agere debemus.

¶ De quibusdam ictibus principalibus tripuncte: seu aze. Cap. xi.

¶ Quidam solent azam ita longam deferre: vt cum manu in altum attingi potest. Sed quo ad veritatē multo melius aliquantisper longiorem habere. Bonum est minari cum calce: et cum ascendente redire ex inferiori parte ad superiorem: quemadmodum de ense duarum manuum fieri solet: et hic ictus cum martello aze ad feriendum manum alterius dirigendus est: atq3 reiterandus: q̄uis postremo per aliud latus reducendus eo modo: quo fit de puncta: interdum vero ad pedem alterius cum calce iaciendum est corp9 nostrum simul cum aza inclinando: et quod eodem tempore cuspis absq3 sectione temporis ad tangendū caput alterius ascendat: et tunc corpus nostrum: et brachia subleuanda sunt: et bona deuastatio est ambulare super latus quod antecedat ducendo azam cum conto circūcirca fere quemadmodum rota: et sic sepe cum ictu alterius obuiat: sed eijciendo: vel euadendo quandoq3 spissum: et quandoq3 longum: interdu3 ēt breuem per omnes partes semper habemus locum tangendi alium quāquam ipse in hoc modo de giro azam suam deducat ad nostrorum ictuum reparationem: q3 vbi potius decipiuntur illi: qui reparare solēt est quando censent eorum armam cum arma aduersarij firmatam habere: facile est retrogredi: aut per inferiorem partem telum nostrum dirigere ad feriendum aduersarium: optimū est semper hinc illinc quieto modo: vel absq3 furore pergere: ne forte deficiamus: nec quid facturi simus ostendam9. Sed velociter: et cum magno impetu: ac vi esse oportet necessitatis tempore.

¶ Quante longitudinis opus sit azam esse. Cap. xij.

¶ Aza siue tripuncta in longitudine vsqꝫ ad martellum ex quantitate vnius manus esse debet lõgior homine ipsam deportante: vt per totum attingere queat absqꝫ quod ad feriendum pedem alterius inclinet per tantam terre distantiam sicuti persona nostra longa est. Nam declinando magnuꝫ periculum imminere: maxime si grauibus armis induti sumus: quoniam armorum grauitas anterius ponderat: nec potest se quisquam cito recuperare: ꝛ in certamine ambulandum est in tanta distantia ab alio: quanta ipse sit longus. q: dū decertantes magis appropinquant manibꝰ apprehendi possunt: hic aūt ex quo appropinquauerimus salubriꝰ est pugionem siue mucronem operari: q̄ꝫ azam accipiendo tricuspidem alterius cum nostra manu leua: vel apprehendendo in alia parte que secura sit ne fortassis effugere queat: aut facienda est apprehensio: qua ipsum prosternari possimus.

¶ Quatenus in gallia: ꝛ in germania: tripuncta vel aza ludant. Cap. xiij.

¶ Galli presertim: ꝛ alamani quāplures ludunt aza: ꝛ mucrone fere sicut ad pugnam manuuꝫ dūtaxat: ꝛ in rei veritate paruuli: mulieres: atqꝫ rustici huiuscemodi consuetudinem habent quando vnus eoruꝫ aliquem baculum: vel telum manu tenet: ꝛ alius accipit ex alia parte baculi ad dirimendum ipsum. Quocirca vadunt reuoluendo brachia tum superius: tum vero inferius. Sed qui expertus est nūquam in tali examine reuoluendi brachia ponetur: preterq̄ꝫ ad vulnerandum: aut precipitandum alium. Et ad hoc quod quis bonus palestrita sit satis est accōmodatus. Ideo qui luctari nescit adiscere debet ad portādūꝫ azam procul seu deuiate: ꝛ ipsam porrigere ad tangendum aduersarium oportuno tempore. Naꝫ si ad strictas apprehensiones deuenitur: ibi bonus palestrita valet. Attamen in dextera manu decet pugionem: vel contum aze obseruare: ꝛ quod leua manus attenta sit ad alterius telum capiendum siue occupandum: vel ad ipsum hostem prosternandum. Et hic non est habenda cura mittendi azam nostram in collo neqꝫ i tibijs: aut inter brachia aduersantis. ¶ Et si armati sumus adhibenda est solertia quod partibus minus coopertis offendamus. sicut in viscera: ꝛ axilla: vel sub brachio: ꝛ vmbilico: atqꝫ inguinibus: ꝛ pedibus. Sed cōtra illos: qui ad dimidiam azam decertare volunt: ꝛ nostrā deuiare: debemus ex procul ambulare ictus nostros iacientes cum maxima velocitate retrocedendo aut per transuersum quandoqꝫ corpus nostrum dirigendo: vel supra hostem reuertendo dum tempus locū prebet. Ipso enim veniente cuꝫ dimidia asta vel aza anterius si nos armam nostram porrigimus: ꝛ corpus deuiamus ipsemet accedit ad ingrediendum per punctam arme nostre. ¶ Uerūtamen aduertendū est q: in hoc modo decertare dūtaxat dum inermes de armis defensibilibus sumus intelligendum est. nam dum armati in albo sumꝰ: cōtinue ad anteriorem partem ire debemus: aut saltem circūcirca eo quod nullatenus permittamus ab aduersario expelli: ꝛ ad hoc ācha per dimidietatem capienda. ¶ Bonum est de aza fieri duos manu dexteros: primum breuem: vltimum longum: ꝛ quod in puncta conuertatur: ꝛ similiter de manu sinistra alios duos ictus: ꝛ qd vltimus veniat in puncta.

¶ Quonam pacto est decertandum pedester cum armis curtis: ꝛ ponderosis in albo armati. Cap. xiiij.

¶ Dum contingit pedester cum armis albis atqꝫ cum ācha siue tricuspide decertare pauca hic sunt operanda: in primis enim circūcirca est ambulandum super latus: quod aliqualiter alterum precedit: retro vero nunquam decet ambulare nisi quandoqꝫ vnum passum: tantum vt ictum alterius inanis transeat: aut igrediendo aduersarius quod habeamꝰ tempus accōmodatum ad agendū ictum nostrum contra ipsum: sed similes passus in modo transuerso: siue ad latera est melius. ¶ Ancha est accipiēda per dimidiū cuꝫ ambabus manibus cū pauca distantia de vna ad alteram: ꝛ quod manus pectori adhereant. ¶ Et si homo dexter est: idest vtens manu dextera: ipsam debet portare semper ante: ꝛ etiam dexterum pedem: sed parum ante: quoniam fere equales portandi: ꝛ si sinister erit: cum manu sinistra: ꝛ sinistro pede debet antecedere: nam in hoc modo maiorem habet vim. ¶ Et si recte de armis albis defensibilibꝰ armatꝰ est:

quãuis alter moueat manus:⁊ pedes:videlicet quandoqꝫ manum dexterã:quãdoqꝫ finistram ante nulla
tenus est agenda aliqua mutatio extra illud:quod iam hic sub paucis diximus:vnde in hoc loco maza.seu
tricuspis ẽ portanda ad partem anteriorem.etiam superiorem vbi manus dextera siue fortior vadit.cõtus
vero ad partem inferiorem:⁊ posteriorem:¶ Et de hoc loco quomodocũqꝫ alius veniat:possumus ictũ
suũ reparare:⁊ contra ipsum ictum nostrum agere.Si ꝓijciet ad caput est reparandum cum tricuspide si
ue superiori parte anche:⁊ in eodem tẽpore porrigẽdus est ictus ĩ modo obuiatiõis siue stochate ad gut
tur alterius:⁊ qꝫ crus ipsius anche vadat in trãsuersum:causa quod si cuspis nõ apprehendit ipsum trãs
uersum anche firmetur in collo.vnde si recte firmamus.facile est proijcere alterum super tergũ:tamẽ opor
tet ire semper pedibus nostris sub toto corpore per lineam rectam:ne premendo contra alium super faciẽ
cadamus.¶ Et si alter per partẽ inferiorem ictũ cõmittit quomodocũqꝫ veniat est recolligendus cũ cõ
to anche nostre:⁊ est ingrediendum vno passu:⁊ per partem inferiorem proijcere cum maza ictuꝫ magnũ
ad manus alterius:⁊ etiam idem agere possumus:dum per partem superiorem venit colligendo ictũ suũ
cum conto:⁊ vt bene reparare possimus:⁊ ictus nostros operari:semper in reparando:⁊ eijciendo ẽ ingre
diendum cum pede:videlicet cum illo qui est super latus vbi reparamus:in reparando:aut cum illo: qui
manet vbi ictum agimus ẽ ingrediendum.¶ Tandem in hoc modo decertandi pedestres:⁊ grauiuꝫ ar
morum semper quod volumus in vno:vel duobus:aut quando magis tribus ictibus coniungere nos ad
brachia possumus:in quo loco deducti semper apprehensiones infime agende sunt:vt per tibias:presertiꝫ
de illa quam aduersarius portat ante:⁊ tamen aduertendum est:quod in apprehendẽdo caput nostrũ nõ
inclinetur:sed tibie declinari debent:⁊ semper sub thorace ambulare si alter venit ad collum: vt nõnulli ve
nire solent est eijciendum brachium suum ad partem anteriorem:⁊ assumere ipsum per tergum: quod fa
cile est:⁊ qui de tibijs apprehendit alium raro totaliter sub ipso cadere potest:qm̃ semper vadit reuolutꝰ
cum aliquibus mẽbris super aduersarium:neqꝫ in cadendo debet dimittere ipsam tibiam.¶ Et aduertẽ
dum est quod duꝫ grauiter armati sunt:fere oẽs homines:dũ ad brachia veniunt.vtuntur grossis stratege
matibus cum pedibus veluti mediana:siue circũdata:⁊ disclunata:siue cluneslevium:sed hec duo stratege
mata de facili destruuntur:⁊ ambo in vno ⁊ eodem modo in simili tempore:qui minus sciunt nestiaꝫ: siue
transuocatam:siue transcoruatam ponunt:⁊ contra hec strategemata oportet festinanter: atque cum vio-
lentia maxima tollere tibiam nostram in qua ipsi armant quantum possumus ad partem posteriorem re
trahendo:ipsam superˀ latus quo ad vires reuoluendo alterum :ita vt cadat super tergum quod facilissi-
mum est hoc modo agendo:oportet tamen quod pedes nostri fere equales vadant:⁊ cum sufficiente di-
stantia de vno ad alterum.

¶ De lancea:que vulgariter ginetta vocatur:ac de lancea longa. Cap.xv.

¶ Ginetta:que lancea mediocris dr̃:lãcea lõga:atqꝫ alie his similes haste ĩfime ac porrecte anteriꝰ tenẽ
de sunt:⁊ si manus dextera nr̃a ꝓcedit ẽt pes dexter preire debet.Nec aliter de parte sinistra oĩno intelligi
mus.Quoue citius tãgamus pes:qui anterius erat retro attrahẽdus est interdũ cõmittẽdo in modo mi
nandi cum baculata:que palus:vel bastonata in vulgari dr̃.Sed iuadendũ:ac defendendam est cum pun
cta lancee.Quando autem aduersus nos aliquod telum iacularetur cum hasta nostra nos reparare debe
mus:⁊ corpus in trãsuersum deuiare:⁊ tunc crebros ictus aduersus hostem acturi sumus quosdã lõgos :
⁊ quosdã breues.Sed quantum anterius ingredimur absqꝫ mora in eadem mensura retrogredi debemꝰ:
dũmodo alius tanqꝫ deperditus non vadit.Quoniam eo tunc celeriter persequendus est.alias cõpetit bra
chia ⁊ pedes retrahere.Nempe quod aliter timendum esset quin alter subtus nos ingrediatur . Si vero
antecedere volumus:aut alias insidias tẽdere decet qꝫ moueamur ea pte qua manꝰ:⁊ pedes nr̃i ꝓcedũt .

¶ Defensio principalis siue custodia de lancea longa : ac de alijs : que mediocris longitudi
nis sunt. Cap.xvi.

¶ Principalem defensionem lãcee lõge aliaꝝqꝫ mediocriũ dicimꝰ esse brachia nostra eleuata tenẽdo se
re quantũ possumus:⁊ qꝫ puncta lancee in pectus alterius dirigatur:⁊ vbi ipse aliquem ictum agere vult

super latus cum pede: qui antecedit passum agere debemus: ⁊ ictum nostrum ĩ pectus eius iacere. Secura quoqꝫ defensio ẽ manus nostras procliues: seu declinatas habere: ⁊ quod vadat cuspis lancee in vultuꝫ alterius. Aliquando ẽ deportanda arma in trãsuersum: vt ictus aduersarij reparemus: ⁊ personam nostram cooperiamus. Sed ad faciẽdũ ictũ dirigenda est in personã alterius. qui vero ludum aze habet: ad quã cũqꝫ partem voluerit ire potest eo ꝙ aza semper ante: ⁊ retro: atqꝫ in trãsuersuꝫ pergere docet in qualibet arma hastata: vel longa principalẽ deceptionẽ esse dicimꝰ: ꝙ dũ aduersarius venit ad tãgẽdũ telũ nostrũ nos cum passu trãsuerso deuiemur: ⁊ in eodem tẽpore ipsum tangamus: aut saltem telũ suũ cuꝫ nostro: ⁊ diuertendũ ẽ telũ nostrũ cũ gyro: siue circulatione ad feriendũ illos: qui lanceam porrigunt: ⁊ punctam eius in terrã declinant. Interdum vero nostram supra suã immittendo secum cõiungi possumus. Apprehensa aũt hasta ex punctali hoc modo deuiari potest quodcũqꝫ telũ ꝯtra nos proijcerent: aut ictus quos faciunt in manu tenendo: vt arma vadat ad vnam partem ⁊ corpus ad aliam. cum qualibet specie armoꝝ breuiũ: siue longoꝝ dum in offensa: aut defensa telum alterius cũ nostro tangimus illicet sine aliqua temporis sectione cũ alio longo ictu vna cum dextero pede cum cuspide armie ingrediendum est ad feriẽdũ: ⁊ hoc cũ ense facilius. ꝗ̃ cũ alijs armis fit: ⁊ forsitan pre ceteris modis decertandi vtile. ¶ Quandoqꝫ lancea longa vna tantũ manu per contum capitur: cuspis vero in terra: ⁊ exinde cum quodã subpõdere puncta ĩ modum stochate iacitur quandoqꝫ in modũ manu dextri: ⁊ quãdoqꝫ sinistri: licet semper punctum lancea vadat. At vero manus interdũ ex nostro dextero latere dirigitur: ⁊ interdum ex sinistro. Et quantum lancea precedet pes dexter assequi debet. Et in faciendo ictum debet eodem puncto retrogredi: ⁊ aduersario sup nos impetum faciente ipsum: sequentes cum alia manu lancee succurrere debemus. Quinimo semp meliꝰ est quãdoquidẽ vehementius q̃ taliter lanceã ponendo ambabus manibus per contum teneamus ex eo quod faciliori modo ipsam subleuamus. ¶ Sed quum in aere ad feriendum vadit tollenda est sinistra manus: nam multo plus vna sola nanciscitur: ꝗ̃ ambe simul ire volentes. Verũtamen in recolligendo lanceam semper tutum est vtrisqꝫ manibus occurrere. q̃ si aduersarius vna manu iacit: intranduꝫ est cũ passu super trãsuerso ad ambabus manibus iaculandum. Tunc maximã superantiã tenemus dum armati sumus: ꝙ cum vna manu paucus transitus preliando fit. Non enim sese quisquã disconcertare potest in modo capiendi cursum ceu contra aliquem muꝝ fit. Maxime quod qui hoc ageret magnam ostensionem ĩhiberet. Ita ꝙ facile est ad deuiandũ nostrã personam: aut hostis ictum: ⁊ ad ingrediendum contra ipsuꝫ ad feriendũ: oportet habere consuetudinẽ mouendi lanceã ex vna manu in alterã: vt vna manu ipsaꝫ tenere valeamus: ⁊ de aliqua breui arma cum altera nos tutemur. Et hoc bonum est scire in omnibus armis: vt si nobis vnam manũ impediũt cum alia possimus telum capere: ac de ea nos adiuuare.

¶ De ludo Lãcionis: aut piche: q̃ lancea grossa: ⁊ iter lõgissimas: ac mediocres extat. Cap. xvij.

¶ In ludo lancionis: piche: aut ginette nõ est cõsuetudo ponẽdi punctas ĩ terra nisi semp in aerẽ extollere: ⁊ ẽt per lanceã lõgam hoc modo melius est si quis diu tollerare potest: presertim si singilatim decertandum erit. Si autem cum alio quisquam cõiungi voluerit decet: vt illico lancea sua in leuam manum transeat: ⁊ manus per ipsam versus cuspidem festinet: ⁊ simul aut in eodem puncto cum dextera pugionem capiat. Sed lancea nostra non est dimittenda quousqꝫ simul erimus: aut bonam apprehensionem facimus. Quod si alius lanceam suam dimittit regrediendum ẽ: vt nostrã ambabus manibus capiamus. ¶ Quãdo autem contra nos eijciunt aliquem iactum in vno latere sufficiens deuastatio ẽ ocius lanceam nostram super caput transgredi ad eandem partem qua telum alterius venit: ⁊ quod corpus restet vbi hasta priꝰ erat manus nostras permutando: atqꝫ ictum contra aduersantem eodem tempore faciendo: quoniam hastam suam deuiamus: ⁊ ipse absqꝫ tegmine remanet. Et si alius itidem agere volet versus nos minari debemus siue effingere cum vno ictu breui in discoopertum latus: ⁊ ictum retinere: atqꝫ eodem tempore permittere: vt alius longus ictus festinatim: ac fortiter cum puncta tendat ad aliud latus super quo ipse transit: aut vero quod gradum faciamus in transuersum dirigendo ictum ad partem ex qua deuiatur. Nam tunc nullum contra nos detrimentum adducere potest. Demum melior ictus qui de lancea lõga: aut alijs mediocribus fieri posset est prolongare passum cum pede antecedenti: ⁊ quod lancea viam suam faciat rursus ingrediendo eodem tempore per vnum passum de longitudine cuꝫ pede qui retromanebat: Et q̃

lancea vnum solum tempus agat prolongando se quantum potest ad tangendum hostem. ¶ De lãcea ginetta quandoqꝫ luditur sicuti de lancea longa:⁊ interdum de aza:quandoqꝫ minando de baculata:⁊ cũ puncta ad varia loca excutiendo:tum superius:tum inferius.

¶ De ludo baculi:qui vulgariter de bastone nominatur. Cap.xviij.

¶ Ludus baculi vtilis experitur sciendo voluere.⁊ trãsmutare brachia:licet non tutum sit simili ludo vti nisi ioco aze:quoniam debiles ictus iacerentur:⁊ non possemus offensam:nec defensam agere.

¶ De ludo ensis duarum manuum. Cap.xviiij.

¶ Arme:que breues sunt correspondent ad ludum ensis duarum manuum. Principales vero ictus duo ascendentes sunt ex quacunqꝫ parte nostrorũ laterum:⁊ vltimus cum stocchata:vel puncta finire debet : ⁊ quod extemplo ad nos cooperiendum redeamus:aut ad aliquam partem cum aliquo duplici ictu tangẽdam. Brachia vero nostra anterius erecta:aut porrecta manere debent:⁊ nos eijsdem passibus : quibus preiuerimus retrogredi:nec in transuersum dimittendus est ensis:tunc enim latus discoopertuꝫ remaneret: ⁊ ideo effugiẽdum est latus:⁊ recte aspicientibus periculum tarditatis cooperiendi demonstratur. Et hic ensis duarum manuuꝫ docet effugere:conseruare:atqꝫ euoluere manus:⁊ multocies ad manus alterius cũ ictibus nostris inuadere: Dum enim maximam voltam agere voluerit:aut ꝙ directa brachia non habet facile est ipsum tangi. Et dum ingreditur cum duobus ascendentibus ex quocunqꝫ latere voluerit ingrediendum est cum pede:qui retro manebat:⁊ vltimus ascendens in stocchatam dirigendus quemadmodum diximus. Sed cito brachia recolligi debent sup alio latere:totaqꝫ persona est retro vertenda:⁊ etiam hoc modo bonum est iacere stocchatam cuꝫ ense vnius manus presertim si aliquas armas defensibiles habemus ⁊ decet adhuc duos ascendentes ex parte dextera cõmittere. Et hic primus passus cum pede sinistro:⁊ secundus cum dextero simul cum puncta fiendus est. Sed illico ambo pedes retrogredi debent : ⁊ hoc fere potest ambobus lateribus.

¶ De ludo ensis vnius manus. Cap.xx.

¶ Ensis vnius manus debet modum ensis duarum manuum seruare:licet facilius ad vnum membrum signetur:⁊ ad aliud reuertatur:⁊ duo reuersus:siue manusinistri fortes sunt cum primo parumper emittẽdo anterius dextrum pedem. Secundus vero cum eodem pede fieri debet: In vltimo autem ictu prolongandus est passus quãto possibile erit velociter diuertendo pedem retro:vel inᵗtrãsuersum:⁊ ensem iterum ad manum hostis dirigendo agere guidam:seu signum in faciem hostis:⁊ quod ensis veniat ad feriendũ per tibiam cum vno dũtaxat tempore:aut vero prius per inferiorem partem minari:ac premittere: vt intᵃ in longum ad caput ipsius tendat: Similiter hoc de manu sinistra:sicut de dextera fieri potest:non tamen agenda sunt duo tempora in ictibus duplicibus:nisi vnum dũtaxat:⁊ sic vbi inferius scinditur ad conseruãdum caput cum guida:aut modo de gyro rotundo ocius est redeundum.

¶ De quibusdam ictibus vtilibus. Cap.xxi.

¶ Oportet semper distensum brachium sustinere:⁊ quod neqꝫ ingrediendo:neqꝫ egrediendo duplicetur. Dumqꝫ ictum premittimus corpus est porrigendum quantum possibile erit simul cum brachio:⁊ quod omnes iuncture denodari videantur genua inclinando:vt potius attingamus : ⁊ in gyro ducendus est ensis:vt citius vadat:⁊ quod in terram non tangat:nam portando ipsum ensem circũcirca magnum pondᵘˢ auferre:⁊ tollerare possumᵘˢ. Quod si telum ex alto venit in ascendente:aut per transuersum puncta debet semper manum alterius prospicere:⁊ quod cuspis ensis altius veniat:ꝙꝫ pugnus noster:⁊ sic aliuꝫ percutiemus priusqꝫ attingat:⁊ aliter econuerso sequeretur. Due stocchate:aut puncte vna alta:⁊ alia infima veluti cum lancea longa agimus fortes sunt:hoc autem cum omnibus armis fieri potest:⁊ quod prima pun-

cta dissimulata sit:vltima tamen longa.Sed ambe vno solo tempore faciende sunt: aut minandum est cũ manu directo vel sinistro ad punctam erga faciem reuertendo:ꝛ hoc cum ense duarum manuum vtile est: ꝛ quod iaciendo vnum reuersum:vel manusinistrum:aut manudextrum per inferiores partes cuspis vadat in circulum ad feriendum faciem tollendo : ac porrigendo brachia quantum poterit. Et similiter si duos montantes:vel ascendentes agimus optimum est cum hoc ense vltimũ in stoccatam conuertere.Adhuc interdum decet quod manus per manubrium vsq; ad pomum ensis decurrat eo quod ensis in stocchatam prolongetur cum ense duarum manuum intelligas eo quod longam habet manubrium. Quod fieri potest cum quibusq; armis:que duabus manibus apprehendimus.Nihilominus cito diuertenda est manus ad locum in quo prius erat.

¶De ictibus ex inferiori parte venientibus. Cap.xxij.

¶Ictus ex inferiori parte venientes boni sunt:Attamen maiorem vim afferunt illi:qui descẽdent.Ideo q; deuiandum est corpus nostrum:ꝛ quod non scindamus:nisi cum pauco ense dum ictibus ex superiori parte venientibus resistere volumus : ꝛ recolligendi sumus supra latus:vt locum habere possimus ad tutandum membra.Sed dum defensibilem armam tenemus ingredi possumus:ꝛ nosipsos tegere. Nihilominus veniente aliquo ad capiendum brachium nostrum:vel armam decet brachiũ per transuersuz diffingere:ꝛ quod ad hostem sauciandum redeat.

¶Quo ictu vti possumus volentes nos coniungere. Cap.xxiij.

¶Si quis vult cum alio coniungi respiciendum est quando agit ictum deliberatum: sicut si manudextrum adducit tunc preire potest cum passu in transuersum:quod vulgariter contrapassare dicitur:ꝛ quod ensis noster vadat cum guida:siue ascendente ad reparandum ensem alterius. ¶In quocunq; tempore reuersum:vel stocchata per inferiorez partem fieri potest.Et si alter cum manusinistro:seu reuerso venit licet passum anterius transmittere. Attamen quandoq; super transuerso cum pede sinistro : ꝛ quod ensis noster ascendendo vadat per eandem sinistram partem:vt armam alterius retinere queat:ꝛ tangendo cũ manu sinistra in brachio dextero illius: ꝙ premittamus ire ictum per tibias stocchata vel puncta est reparanda sicuti taglium:vel reuersum.

¶De prima ensis custodia: Cap.xxiiij.

¶Sepe nonnulli decertando cum ense in prima custodia ponuntur hoc est habentes brachium altum super latus dextrum.ꝛ hic insidiantur quousq; vident alium agere ictum suum: ꝛ in transeundo veniunt retro post ipsum cum quodam findente vel descendente.

¶Remedium contra primam custodiam. Cap.xxv.

¶Cõtra illos qui in simili custodia ponuntur hoc est in prima fieri debet signum:qꝺ velimus reuersuz de superiori ad inferius attrahere:ꝛ non permittere quod totaliter finiat:nisi quod ad medium tempus in modum guide:siue ascendentis diuertamus ipsum superius ad obuiandum ensi aduersantis:ꝛ eodem instanti ingredi cum ambobus pedibus ad coniungendum cum alio: aut qꝺ ꝑ inferiorem partez scindam⁹ seu quod ipse veniat ad inmittendam manum per cuspidem ensis nostri.

¶De secunda custodia:ac de obstaculo:vel remedio contra ipsam. Cap.xxvi.

¶Alij homines consuescunt ponere se in secunda hoc est cum ense super sinistro humero precipue dum peltam in sinistra manu tenent:ꝛ hoste ictum iaciente recolligunt dextrum pedem retro:atq; eodem tempore quantum queunt cum longo reuersu ad anteriorem partem ingrediuntur : ꝛ alias cum sinistro pede

per transuersum fere ad feriendum latus aduersantis.¶ Cõtra hos vero adducendus est breuis ictus ex
manu dextera:⁊ quod velociter ensis cum volta transeat:⁊ cum reuersu reuertatur ad reparandum ensem
alterius:⁊ eo tunc secum conungi debemus. ¶ Si autem hostis causa deueniendi ad nos eosdem ictus
agere volet semper corpus retrouertendum est:⁊ ensis cum ascendente tanquam stocchata:vel puncta ad
feriendũ ire debet cito manũ:ac pedẽ remouẽdo ad aliã partẽ contrariam:qua ipse venit: Et hoc modo
q̃uis propinqui maneremus non possunt arma nostra capere.

¶ De ludo ensis:ac pelte. Cap.xxvij.

¶ Ad ludendum cum ense:⁊ pelta per prius bonum est nosipsos edocere ad cooperiendum absqꝫ ense
cum sola pelta:sicut agimus cum ense:quando peltam non habemus:quia aliter longum tempus preteri
ret anteq̃ recte nos cooperire sciremus. Et tñ debet vnum brachiũ extendi sicut ⁊ aliud taliterqꝫ ingre-
di possumus superius:aut inferius quantum volumus:⁊ sine pelta non est tutus accessus:propterea quod
non est nobis locus cooperiendi caput:atqꝫ alia membra.

¶ De ludo ensis cum cappa. Cap.xxviij.

¶ Cum ense:⁊ cappa plures deceptiones fieri possunt:sed semp ensis: a cappa sunt mãsuri:ac si de ense
solo luderemus:⁊ etiam ictus eodem modo fieri debent. Et sic eundum est ad reparandum siue resisten
dum cum ense : ⁊ cappa simul: ⁊ tunc dimittenda est ibi cappa in resistentia arme alterius:⁊ quod ensis
noster ad scindendum inferius vadat:aut vero ad alteram partem. Si oportunitatem videmus proijcien
da est cappa nostra ex inferiori ad superius:vt vultum:⁊ ensem aduersarij impediat : quandoqꝫ vtile est
quod nos super manu directa eamus cum ense scisuri . Et si ipse contra nos suam cappam eijceret cum
velocitate ad partem posteriorem velociter regredi debemus tangendo manibus siue armis cappã eius:
vt ensez: aut oculos nostros non superuestiat. ¶ Quod si cum solo ense remanemus si recte de ipso lude
re scimus nõ inueniemus magnã disparitatem:aut necessitatem:q̃uis alius ensem:⁊ cappã habeat.

¶ De ludo ensis cum parma:que est arma ex corio defensibilis : ⁊ apud hyspanos : atque
aphricanos in consuetudine. Cap.xxviiij.

¶ Ludendo cum ense:⁊ parma est dimittendum vnum latus discoopertum eo quod hostis ad ferien
dum in ipsum veniat:quumqꝫ accedit ingredi oportet cum pede nostro qui longius manet tegendo caput
nostrum:⁊ per inferiores partes ictum dirigendo. Si vero alter hocidem agit retro nos migrare oportet
mittendo stocchatam:siue punctam in stomachum eius per partem in qua discoopertus est : aut si cum
manu directo venit:quod in vulgari taglium dicitur: nos similiter cum alio manudextro per partes in
feriores ire debemus:⁊ eius ensem cum parma nostra occupare:⁊ quod eodez tempore nos euoluamus
super nostro dextero latere. Si vero de reuerso:vel manudextro euenit oportet ipsum cum alio simili acci
pere secundum eãdem regulã:q̃ de manu dextro dicta ẽ. ¶ Sed si aduersarius cum parma firmiter ma
nere vult plures ictus contra ipsum sunt iaciendi qui veniant in voltam seu circulum manudirectus : qui
transeat per tibias:vel partes inferiores:⁊ quod euoluatur absqꝫ interuallo cum reuerso ad caput. Si enĩ
alius cooperiretur:⁊ versus nos in transuersum pergit passum agere debemus:⁊ parumper retro emitte
re stocchatam aut aliquem aliuz ictum ad partem quam ipse magis discoopertam dimittit: Et sic vno
solo ense potest contra eum decertari qui ensem:⁊ peltam parmam aut rotellam habeat q̃uis sit sufficiẽs
licet quandoqꝫ retrocedendum sit eo quod non habet armam ad se cooperiendum: ⁊ tunc decet longos
ictus atqꝫ in varijs locis agere semperqꝫ foras ambulare. ¶ Alias dum magnam peltam habemus pe
riculosi ictus fiunt si ludum parme ex corio.⁊ ensis sequimur veluti ponendo peltam altam:⁊ duos reuer-
sus cum dextero pede proijciendo:⁊ quod sinister dextrum insequatur ac super dexteram partem nostram
ingrediendum est. Tandem cum pede dextero diuertendus est vnus passus retro:⁊ quod manus nostra
alta remaneat cooperiendo nos de superiori ad inferius cum ense. Nam comuniter alius in tali puncto

nos prosequitur. Jccirco eodē instanti capite nostro cum peltā cooperto debemus cū dextro pede magnū passum diuertere: ⁊ stocchatam in faciem vel stomachū aduersantis iacere aut vero eijcere vnuz solum reuersum ac retro cuz pede: ⁊ ense redire: ⁊ cito reuerti cum puncta eo modo quo iam diximus quod fere nūquam errare potest. ¶ Et etiam fortis ictus est si ponitur homo infimus super genua applicatus: ⁊ quod cuspis ensis fere in terra per sinistram partem nostram: ⁊ pelta ad instar cincture: aut per illud directum veniat. Et accedente hoste ad exhonerandum supra caput nostrū: aut ad aliam partem cito tegende sunt partes nostre alte ingrediendo cum longo gradu: ⁊ stocchata eodē tempore: quo hostis euenit. ¶ Alius ictus fortis fieri solet sicut quando ipse vult manudextrum: vel reuersum iacere: ⁊ nos alium similem facturi sumus ad obuiandum suo ensi eo quod ipsomet tempore ensis noster anterius decurrat: vt inimicum in facie aut pectore feriat: ⁊ quod ensem suum deuiemus ne nos pertingat. ¶ Deuastatio istorum omnium est ambulare per vnum passum magnum super latera: ꝙ veniat parumper retro tum etiam quod eijciamus stocchatam ascendentem: vt retinendum ensem alterius tendamus: Deinceps illico tibic: ⁊ ictus semper duplices: aut duplices esse debent in vno solo tempore absq̃ interuallo:

¶ De ludo ensis cum rotella: que tanquam pelta se habet: nisi quod magna est: ⁊ tota de ligno: ⁊ manigia. Sed locus ex quo accipere debemus diuersus a pelta quia duas maniculas continet sicuti parma: ⁊ brachium ingredit̃ ꝑ vnam: vt manus aliā apprehendat: Rotella vero a proprietate sue rotunditatis nominatur. Cap.xxx.

¶ Capiendo ensem: ⁊ rotellam eosdem ictus obseruare oportet veluti si de parma coria luderemus quemadmodum superius dictum fuit: ⁊ ad hoc tanquam parma māiculas habere debet hoc ē vnaz prope aliam: ex quibus rotellam apprehendimus: quoniam in modo: quo vtuntur brachium valde intus in maniculis ponitur: ⁊ tunc maximum est nobis impedimentum: quum cito moueri: ⁊ totam personam cooperire nequeat: ⁊ etiam rotella tam prope nos manet quod licet paulo anterius transeat ensis aduersarij ad caput: vel ad aliud membrum nostrum attingit.

¶ De ludo scuti: vel clypei. Cap.xxxi.

¶ Scutum siue clipeum in humero nostro firmare debemus: ⁊ quod manipule non sint nimium inter se separate cā q̄ hō queat ipsuz quocūq̃ voluerit mouere ictus tāquā de rotella: vel parma faciēdi sunt sepe cōtrapassando idest ad latera gradiēdo: atq̃ ensez erigēdo vbi aduersariꝰ minus coopertꝰ extiterit.

¶ De pugione vel mucrone: ⁊ quibusdam suis ictibus. Cap.xxxij.

¶ Utilius eē dicimus dum ad ludum: vel certamen pugionis accedimus: vt ipsum per partem inferiorem versus hostem ponamus ne a manibus eripiatur: ⁊ sic tenor: ac modus ensis solius obseruandus est: tametsi cum maiori membrorum velocitate: ac leuitate: quoniam dum decertantes prope manent: ⁊ breuia habent arma non potest tam de facili reparari: Et duz aliquis ictus fit ambulare decet super dextera parte nostra. ¶ Si vero hostis ictum contra nos committit parumper est retrocedendum stocchatam ad eius sinistrum latus iaciendo.

¶ De eodem ludo pugionis. Cap.xxxiij:

¶ Aduersus illos: qui cū ictu deliberato veniunt plura obstacula cū mucrone nostro fieri possunt: Quin imo nōnunquam cū manibus accipiendo brachium: quo alius pugionem affert preparādo siue defendēdo per inferiores partes: ⁊ alias ꝙ manus nostra post brachium alterius veniat: vt ipsum cadere faciamus. Quod si per inferiorem partem hostis inuadere volet in modo de puncta est tangendum ad pugionem suum: vt de solo ense fieri solet: ⁊ eodem tempore est proijciendum in faciem. ¶ Deniq̃ si quis de palestra cognitionem habuerit non potest sibi ab aliquo istorum ictuum detrimentum inferri nequidem

ipse mucro capi quoniam si semper manus sua aliter q̃ nostra volueretur corpus suum deviaret quod facile est illi qui luctari sciuerit.

¶ De mō ludendi cū partesana: et rotella: partesanā vero dicimus armā inhastatā aliquāto longiorē aza: q̄ latus habet ferrū tanq̃ ensis antiquus tñ latius: ac breuius. Cap. xxxiiij.

¶ In ludo partisane: et rotelle super nosipsos ambulandum est quousq̃ videri possit quid aduersarius velit. Et hoc tempore ludus aze faciendus est ingrediendo. et reparando temperate: ac sepe ad faciē breui ictu minando. Deinceps premittendum est ire ictus in longum ad inferiores partes decurrente manu per hastaz aut quod dicamus voluendo partesanam subtus manum ad tibias alterius iaciendo. Et nos semper reparare debemus quoscunq̃ ictus alij agere queunt diuertendo caput et tibias: vt de aza agimus et in reparando contrapassandum est: aut super latere eundum vnum ictum superius: et alium inferius iaciendo. ¶ Qui vero cum rotella: et ense sciet se cooperire pari modo facillime cooperietur si partesanam habet presertim si in ludo aze sciens est. et in eo siquidem non nimia necessitas est de rotella preterq̃ dum aduersarius partesanam extra manum contra nos compulisset admodum propinque manendo: et tunc forasse non esset tempus reparandi ipsam. ¶ Sistendo circa aduersarium si altam partesanam habet: et nimium rotellam suam precedit obuiandum est pūcte sue partesane cum rotella nostra causa quod i rotellam ingrediatur. Et dum ad abstrahendum ipsam insistit potest sibi aliqua aduersitas accidere. Jccirco precauere debemus ne cuspis noster per obuiationem rotellam alterius tangat.

¶ De duabus partesanis cum rotella. Cap. xxxv.

¶ Accipiendo duas partesanas cum rotella oportet iacere vnam ipsarum manendo in mediocri distantia ab aduersario: et quumprimum illa attingit adesse debemus cum alia ambabus manibus capta: vt aduersarium feriamus in alia parte: quam discoopertā dimittit: quoniam ipse euoluitur ad deuiandum partesanam nostram: et interim impeditus: atq̃ discoopertus manet: et q̃uis non reuoluatur aliquod habet impedimentum: propterea quod partesanam ex dimidia parte: atq̃ vna sola manu apprehensam continet: et nos nostram ambabus: ac per calcē assumptā tenemus. Qua de re priusq̃ ipse sibi p̄cauere queat in periculum maximum incurrit: et iste ictus in partesana pr̄cipalis est: aut vbicunq̃ vnū telum ad proijciēdum: et alium ad obseruandum in manu habemus. Si alius iacit partesanam suam contra nos decet ad latera contrapassare ictum suum deuiando. Et quod rotella sub ascella brachij dextri nostri attingat: et ibi fixa maneat: et illico cum diligentia parumper retrocedendum. Nā si hostis cum partesana sua ambabus manibus apprehensa euenit locum habeamus ad nos reparandum.

¶ Quomodo vtile esse experiatur inire ad latus dextrum aduersantis: et qualiter rotellam: vel dargam nostram tenere debeamus siue operari. Cap. xxxvi.

¶ Communiter omnes super dextro eorum latere effugere solent: vt telum nostrum tangere queant: atq̃ ipsum deuiare: et ex hoc industria est proijcere supra illudmet latus: et nos cooperire. Ideo dum contrapassamus idest super latere imus fugiendo alterius armam ponenda est rotella: et darga semper nobiscum amplexa: et quod semper tangat cubitum nostrum directum. Nec est permittendum quod telum aduersarij veniat ad rotellam: vel peltam nostram. Sed impediendum est ipsum cū nostro offensibili tāgendo.

¶ De modo transmittendi passus super sinistro latere. Cap. xxxvij.

¶ Dicimus tutum esse ambulare super sinistro latere dum alius aduersus nos telum iaculatur. Nam cōmuniter homines manudextri armam proijcientes euoluunt ipsam supra directum latus alterius. Si autem manus leua est reuoluit armam quam excutit in nostrum sinistrum latus. Quapropter contra manusinistros dū aliqd̄ telū p̄ijciunt ad dexterā p̄tē effugere debemus: et cū mān̄u dextra ad sinistrā eūdū est.

¶ De astutia q̄ uti debemus volētes armā nostrā ꝯtra aduersariū iaculari. Cap.xxxviij.

¶ Melior modus decipiendi dum armā contra inimicum iaculari volumus videtur esse cōmittendo: vel minando tenero quodam modo: atq; impellendo quando imaginatur iam se esse deuiatū: ⁊ tūc opor tet prolongare brachium vt telum comitetur: ⁊ quod vadat ad locum vnde alius deuiatur.

¶ Quid faciundum sit dum partesanaz thoracem: ⁊ rotellā habemus. Cap.xxxviiij.

¶ Si haberetur thorax cum rotella quandoq; potest proijci rotella nostra ad faciem alterius precipue dum in quoquomodo defessi sumus: ⁊ in eo instanti attingendū est cū partesana ambabus manibus ap‑ prehensa quia donec in illo impedimento versatur ipsum sauciare possumus: ⁊ q̄uis cū rotella remaneat semp ipso validiores erimus nisi qd forte ipse eijceret partesanā suā ad nos. Sed hoc tāquā omni spe de‑ stitutus ageret maxime si nō remaneret sibi mucro. Dūq; eā p dimidiū assumere vult vt proijcere queat si prope sumus debemus contra ipsum q̄plures ictus iacere spissos longos: ac breues maxime in brachio in quo armam habuerit: Et hoc modo non permittemus ictum suū agere: ⁊ idem faciendū ē cōtra illos qui lapides iacere volunt taliter quod dum minari incipit decet quod arma nostra brachium vel faciem suam percutiat. Et si nos lapides aut his similia habemus velociter incedendum est ad posteriorem p̄tē: ⁊ tunc contra ipsum proijcere oportet: atq; eodem tempore cum aduersario nos coniungere si volumus sed sepe periculosum ē tandem ad probandū vltimatum medium agendum est quoniam obseruationes: ⁊ puncte armarum offensibilium semper de aza esse debent: ⁊ dum pugionem tenemus: ac prope mane‑ mus possumus partesanam in hostem iaculari: ⁊ nos secum coniungere. ¶ De partesana sola ludus aze: ⁊ ensis duarum manuum agendus est: Quia interdum deueniendum est cum duobus ascendentibus quan doq; cum manu directo: ⁊ quandoq; cum sinistro: ⁊ in volta sicut de ense solo.

¶ De ludo ronche: ⁊ alabarde: que fere eiusdē equalitatis: ac similitudinis sunt. Cap.xl.

¶ Roncha: ⁊ alabarda similia arma sunt: ⁊ inter ludū partesane: ⁊ aze de eis ludendum est. Quoniam interdum cum sectione: ⁊ alias cum puncta venire debet licet pro maiori parte cum puncta agamus sicuti de aza: ⁊ itidem reparare oportet. ¶ Roncha ferrum ad scidendū continet fere tāq̄ securis macellarioꝝ cuspidem quoq; anterius: ⁊ in alio etiā trāsuerso paucā cuspidē: ⁊ rōcha longius h; ferrū: Sed nō tā latū.

¶ De speto. Cap.xli.

¶ Spetū communiter cū puncta iacitur licet aliquas acutas aures teneat: ac reuolutas in modū medij ar cus anterius: que de reuerso: aut sectione abscindere possunt ē arma fortis. habet enim locū reparandi cum auribus quodcunq; telū longū: aut breue tū superius: ⁊ tum inferius: ⁊ quandoq; in transuerso. ¶ Spetū taliter in manibus manere debet quod vna auris in altum respiciat: ⁊ altera in imum vt in voluendo ip‑ sum aliquantulo in transuersum veniat: ⁊ alterius telum recolligat. ¶ Acutum contum habere debet in inferiori parte: vt cum eo ferire possimus qn̄ duo speta veniunt ad se obuiandum cum auribus aut quod spetum in terra aliam armam inflixerit siue firmauerit vtpote lanceam longam: ⁊ tunc aduersarius ad se iungendum veniret quod possimus ipsum contro percutere. ¶ Faciliter spetum potest contra quācunq; armam confligere. In cuius tamen oppugnantiam assumende sunt chirothece malliole de apprehensio ne ꝓpterea quod aures speti secāt. Pro maiori remedio aduersus hanc armā dū quisquam cū alia arma īueniret que eiusdē speciei nō esset: dicimus accipiēdū esse vnum lancionem curtū cū vna cuspide in p̄te su periori ⁊ cū alia in inferiori: ⁊ similiter vnam partesanam aut ginettam ad iaculandum: ⁊ quumprimum iaculatur quod attingat ad feriendum cū lancione: ⁊ si tantūmodo lancio fuerit: ponende sunt manus in altū: ⁊ puncta lancionis aliquātulo in imū erga aduersarium directa: ⁊ illinc vnus ictus iaciendus. Si enim qui spetum tenet aliquid scit ictum recolliget: ⁊ punctā lancionis in terrā ponet desuper cū speto onerādo.

¶ Et in remedium eodē instanti per partem exteriorem: qua contus nostri lancionis manet opus est currere ad coniungendū nos cum aduersario aut conto feriendū. ¶ Aures speti magne esse debent nō directe: sed concaue quasi in modū medij circuli: ⁊ in loco vbi primitus initio diuidunt ex principali puncta multum deuiate esse debent: ⁊ postmodum danda est volta: per totum satis scidere debent preterq̄ʒ in illo pricipio ob causam qȝ currere queant per telum aduersarij ad feriendum ipsum in manibus: aut quouis alio membro. ¶ Jsto modo ita vt de speto fieri potest vna leuis lancea ad ducendū pedester: vel equester: quoniam faciliter alterius arma deuiari potest: ⁊ semper hostis aliquo trium punctarum iactu quatitur siue acceratur: Etiam contra bruta animalia spetum hoc modo factū: ⁊ quod firmum sit est arma ceteris securior: Nam citra modum feriendi: ⁊ quod ictus non fallit animal retinet: quin ad nos ruat: q̄uis ferocissimum fuerit: demqȝ ad decertandā facilime cōtra talia arma vt spetū: dum vnusquisqȝ in modo suo armādus esset: tutissimū est alba arma inductiua cape: vt thoracē corzeletā in vulgari denominatum: ⁊ de offensibilibus: anchā cōtra q̄ arma spetus resistere nequit: verūtamē in simili modo pliandi hoīes fortes nimium sup debiles preualent. ¶ Ulterius aduertendū ē in ludo istius speciei armoꝝ: qꝛ semper spetum ipsuȝ directū ad manus: vel pectus aduersarij deducatur: nō enim in modo trāsuerso velut alia arma lōga: que in vulgaris idiomatis lingua hastata denominari solent: sicut ancha: quoniā similia arma faciunt reparum deueniendo per transuersum: sed spetum tantum cum auriculis resistit: atqȝ deuiat ictus alterius: ⁊ insuper qȝ principalius est: qꝛ cum speto oportet assidue attentos esse ad tenenda arma aduersarij foras: hoc ē quo spetum nostrum vadat directum ad psonam alterius: ⁊ suū veniat per trāsuersum ad nos: vnde aspiciēdū est: vt prius capiamus spetū alterius cū nostro: quā ipse nostrū capiat: ictus siquidē sunt agendi semper recti ad manus: ad pectus: vel ad faciem eo qȝ ī hoc modo est difficile ipsos reparare. De ictibus singularibus vero ad inimicū nocēdum cum his armis pauci sunt magnum secretum habentes cum pricipaliter cū talibus armis: seu speto vulgariter loquēdo ad reparandum: atqȝ ad deuiandū arma alterius attēdendum ē. Uerūtamē dū ipsa deuiamus: aut cū nostro speto affirmamus velocissime absqȝ mora tēporis si dici potest brachia sunt recolligenda ad nos: siue retro: ⁊ quod in eo instanti cū cuspide ad faciem alterius proijciatur etiam simul cum brachijs posset vnum passum: vel saltū retrocedere: ⁊ hoc ēt agendū sit cuȝ similibus armis si vult alter nobiscum coniūgi si fortasis validiorib⁹ mēbris nobis sit: ⁊ si alter similes ict⁹ agere vult in eo tempore vnum gradum retrocedere debemus super latus tamen.

¶ De certamine duarum partesanarum. Cap. xlij.

¶ Decertando cum duabus partesanis accomodatius est vnam ipsarum tenere in manu sinistra directam ante corpus nostrum: ⁊ quod ferrum ipsius superius aspiciat eo quod si alius nobis iaculatur possimus cum vna aut cū alia ex nostris partesanis reparare si autem nos primuȝ iaculamur telum nostrū super latus dextrum alterius dirigendum est: nam vel reparare nequit: vel sibi tantum fastidij impendemus quod antequam expediatur locum adinueniem⁹ nocendi sibi cum altera partesana ambabus manibus apprehensa. ¶ Si enim nos aliquam imbrazaturam scilicet defensibilem armam habuerimus veluti peltam: rotellam: dargam: parmā: scutū: siue clypeum: ⁊ alter armam suam duabus manibus apprehendit similiter nos duabus manibus nostram accipere debemus quod equestres vel pedestres maneamus.

¶ Qualiter conseruare nos oportet si armam longam contra breuem haberemus: aut econuerso. Cap. xliij

¶ Tenendo armam longam contra breuem bonum est spissos ictus peragere. Nihilominus fienda est custodia quod si aduersarius nobiscum coniungi volet inueniatur semper cuspis arme nostre in pectore ei⁹ quocirca oportet vt sepenumero retro aliquos passus immittemus. Si vero nos telum breue aduersus longum tenemus vtplurimum ad posteriorem partem ambulandum est: ⁊ alias reparare decet ⁊ tunc velociter ad alium appropinquare telum suum deuiando. At si sagax fuerit malum medium vel oportunitatem adinueniemus.

¶ Quali astutia vti possumus dum nos pedestres manemus: et alium equestrem expectare volumus. Cap. xliiij.

¶ Dum aliquis pedester manet: et equestrem expectare intendit ambabus manibus telum assumi debet et anterius extendi. Qđ si telū parūper longū fuerit vt cuspis in terram tangat firmiter stare oportet quo usqȝ per spaciū quadraginta: vel quinquaginta passuū equester veniat: et tunc cum vna manu dūtaxat lancea nostra tenenda est: et cum altera iaciendū cōtra equestrē aliquod leue telū lapis: aut his similia: et quū circa nos attingit redire debemus ad capiendū lanceā ambabus manibus velociter: et ad deuiandum cum nostra armā alterius cū gradu a latere. Et non debemus pergere super eadē parte nostra: quā antea tenemus. et dum hostis transit percutiēdus est ipse: aut equus eo qđ festinatim ipsum psequamur: tamē semp ad deuiandum armā suā recordaturi sumus veniat quomodocūqȝ voluerit. Si autem equū vult voluere oportet qđ prope ipsum adsimus: nec permittamus vt voluatur ipsum vulnerando. ¶ Et si equus cum maximo rigore ad nos venit necesse est in capite eius tangere cum arma nostra: et qđ per transuersum saltemus semper duos ictus eijciendo sicuti de aza agere solemus vnuȝ ad feriendū hoīem alterū vero ad feriendum equū. Et per hanc viam cum vno solo ense contra equestrem nos defendere possumus: tametsi lancea mediocris melior sit: et in hoc certamine nullo pacto effugere debemus. preterq̄ȝ in transuersum deuiare dum tempus est: tamen non ostendendo vnde nos deuiare velimus: et is qui equester manet parū detrimenti contra pedestrē inferre poterit. Sed pauci inueniantur pedestres sufficientes animo ad preliandum contra equestres. Demū si recte aspicerent sufficienter possunt. nam posito quod cadant qđ vltimuȝ est in terra iacentes facillime possunt cum ense per partes inferiores equū inimici occidere: presertim si arma defensibilia induta habet: et equester est sine lancea: qꝛ cum armis curtis difficillime ad terram attingi potest. Qui vero equester manet debet vnum ictum eijcere: seu breuem obuiationem agere. Alterū vero longum licet quod pedester manens potest semp telum suum porrigere: et hoc modo potest contra equestres expectare in quacunqȝ terre dispositione: dūmodo quatuor: vel quinqȝ passus de latitudine: vel spacio habeant. ¶ Qui autem equester est decet afferre lanceam qđ possit per dimidium vna manu dūtaxat gestari. Et dum iuxta pedestrem attingit fingere ad iaciendum vnum solum ictum. Dum vero pedester ipsum deuiare vult recolligendum est brachium cum arma aliquantulo retro: et eodem puncto alius longus ictus fieri debet: qui faciliter aduersario nocere potest. Et si lanceam portare volumus cum ferro ad partem posteriorem causa feriendi alium dum equus noster transit pariter condecens esse apparet alios duos ictus excutere si fortasse pedester primum ictum deuiat: et idem inter duos equestres fieri potest.

¶ De quibusdam ictibus principalibus in quouis armorum genere Cap. xlv.

¶ Tandem ponimus maiorem partem principaliorem ictuuȝ in quibus principale fundamentum esset faciūdū: et ita dū solū ensem habemus: vt qn̄ armā defensibilē i altera manu tenemus i primo ictu minari debemus siue ostētationē agere attamē curte eijciēdo: et semel retrahēdo posterius et alias p transuersuȝ. ¶ In primo ictu vtile ē agere vnū passum p dexterā partē mēbra nostra quātū poterimus ꝓlongādo. Et qđ iaciamus ad brachiū aut supra manū alterius vel manu dextrū siue stocchatā: aut punctā in sinistrū latus. Sed melior ē stocchata qꝛ potius attingere solet: et adhuc nos magis possumꝰ supra tergus nostrū declinare. Dūqȝ ad manū alteriꝰ inuadere volumꝰ: i primis putile ē manusinistrū cōmittere: et qđ ad dextrā partē nostrā trāseat: et eodē instāti quo alter venit cū dextro ictu ad manū suā eundū est. ¶ Quum ad manū aduersarij ire volumus initio vtile ē manureuersum cōmittere: et qđ parū trāseat: atqȝ ipsomet tpe quo venit debemus nos cū manu dextro ad manū suā ire. ¶ Custodia siue modus manēdi ad defendēdum in armis nulla prorsus est tuta: nam si nos claudere volumus ad perditionem declinamus: et hoc euenire solet quod sepenumero magistri gladiatores aut qui in armis funguntur officio edocendi alios turbantur: et iacturam recipiunt quoniam in custodia reclusa se immittunt. Et quo ad veritatem sicut in palestra nulla apprehensio est tuta: nec armis reperitur secura custodia: Quamobrem nobis competit qꝫ semp econuerso: q̄ȝ hostes eamus: et telum cum facilitate portemus: vt semper nos precedat: partes discoopertas inquirēdo: et vbi aduersarius minus sit continuo leuiter ambulādū: et sic hostis nō potest tam cito mo

ueri quin ipsum sentiamus:⁊ tēpus nō habeamus ad nos reparandum.¶ Et de hoc modo gubernādi p sonas nostras in illo quod facturi sumus dum palestram agere incipimus melius:q̄ in alio loco exemplū capere possumus:que regula ad oīa exercitia pedester aut equester manendo intelligitur.

¶ Quantum vtile sit contrapassare:aut passus in latera dirigere. Cap.xlvi.

¶ Pedibus ac manibus dissimulare bonum est.Nam firmiter manendo possunt nobis facillime offendere:⁊ etiā qꝛ dū moueri volumus noticiā damus de illo quod facturi sumus.Quod si tēperate ad quascunq̄ partes ambulamus nesciunt penitus quam conclusionem acturi simus.¶ Due guide aut vero ascēdentes qui de manu sinistra veniant vtiles sunt tamen de parte dextera cum puncta vel guida ad brachiū aduersantis redeundum est quotiescunq̄ duo ictus simul veniunt primus eoꝝ adeo longus esse debet qō timorē det aduersario:⁊ ēt vt videatur nos extendere brachium in sufficienti quātitate. Sed vltimus ict⁹ velociter est fiendus:⁊ quantum possumus omnia membra prolongare debemus. Si vero ad inferiores partes iacimus corpus nostrum declinare debet:⁊ si ad superiores subleuari tutum est vnum reuersum siue guida ad caput faciendo passum supra nostrum dextrum pedem:⁊ tunc punctam:vel manu dextrum ī sinistram partem alterius ducere debemus.

¶ Quam periculosi sint ictus manudextri. Cap.xlvij.

¶ Ensibus decertando ictus manudextri periculosi sunt:Dum enim ipsos agimus discooperti remanemus:Nihilominus duos simul adducendo in similitudine de descendentibus:⁊ quod non declinent vltra cincturam tuti fieri possunt aduersus quēcūq̄ hoīem:Sed versus anteriorem partem:⁊ non ad inferiorē sunt dirigendi hoc intelligitur quod ensis noster firmari debet pariter vel circa cum cinctura retinendo ne inferius veniat:Verūtamen quod in modo rote iterum superius redeat.

¶ De quibusdam manudextris:ac de alijs ictibus. Cap.xlviij.

¶ Agendo vnum dissimulatum ictum:⁊ satis longū versutia approbatissima est:⁊ qō ipsemet ictus vadat in girum per partem sinistrā ad percutiendum in faciem:aut vero per prius manureuersum ad tibias cōmittere decet:Deinceps vero ad guidam in sinistra parte faciei.Si autem tibias vulnerare volumus: primo manureuersus debet in faciem dirigi:⁊ quod ensis redeat cum volta ad tangendum tibias: aut qō in primo guidam faciamus per sinistram partem in vultu:⁊ cum reuerso ad feriendum per inferiorē partem voluatur:vocamus guidam ictum qui inter punctam:⁊ ascendentē se habet. Et animaduertendum est ne duo tēpora in his duplicibus ictibus faciamus nisi vnū dūtaxat:⁊ interdū exculi debet ad caput cū ictu qui dimidia stocchata:⁊ dimidia guida sit siue inter vnam:atq̄ aliā istarum:⁊ qō ad aliā partē voluatur cum eodem ictu in vno solo tp̄e.At vero ad partē sinistram incipiendo melius est omnino.

¶ Quos ictus agere debemus ex quo ensem attrahimus. Cap.xlviiij.

¶ In attrahendo seu euaginando ensem primū cū pede sinistro iacere debemus ⁊ magnā ostētationē p caput agere atq̄ eodē tp̄e ensem declinare:⁊ qō puncta eijciatur ingrediēdo cū pede dextro ad coniungēdū nos sicuti cum aza agere solemus ⁊ cū puncta ad pectus iaciēdo in vno solo tēpore difficiliter reparari potest tamē tēperate ambulādo eo modo quo cū lācea longa in vno solo tp̄e duos ictus agimus: scilicet primū breuē:⁊ secūdū extēsū.Similiter cū ense due stocchate sunt fiēde quaꝝ vna breuis ⁊ p partē sup̄iorē: altera vero lōga:⁊ qō poti⁹ īferi⁹ vadat.Demū sine sectiōe tp̄is nisi qō man⁹ dūtaxat aliq̄tulo voluatur.

¶ Quos ictus agere possumus dum in certamen ingredi volumus. Cap.l.

¶ Qui cum aduersario coniungi vult debet iactum manudextri agere maximam furiam demonstrando

quod inferius tendat ⁊ nō trāseat nimiū ad sinistram:⁊ qd partes nostras superiores discoopertas dimittamus:propterea quod si alius venit ad feriendū per caput nos vno gradu anterius ingredi debemus cū sinistro pede ⁊ lōgos passus agere:⁊ qd ensis noster ad reparādū ensem alteri⁹ vadat. Si vero peltā: aut similē armā defensiuā tenem⁹ ire debet ad tāgēdū caput nostrū:⁊ ensis ad scindēdū brachiū hostis.

¶ De duobus manudextris. Cap.li.

¶ Faciendo duos manudextros aduersarius cōmuniter per partes superiores contra nos correspondet: ⁊ sic ad dimidium temporis vltimus ictus non debet vltra cincturam declinare. Sed quod ex inferiori ad superius cum ense nostro ad nos cooperiendum vadat.

¶ De duobus manureuersis. Cap.lij.

¶ Siquis cum duobus reuersis manusinistris ad aduersarium appropinquare voluerit priusq̄ manureuersum finiat diuertendus est ensis noster in custodiam ad resistendum sue arme:⁊ eodem momento est ingrediendum cum ambobus pedibus ad nos coniungendum.

¶ Qualiter possumus leuiorem ensem agere. Cap.liij.

¶ Quo leuiorem ensem inueniamus cum quo decertare velimus per aliquod dies ante frequentandus ē alius multo grauior:pariter ⁊ illa die ante conflictum vno bacu'o:vel ferro ponderoso vti debemus:vt brachium in dimittendo hec grauia contentum:ac leue inueniatur cū arma leuiori:quā sibi postmodū p̄bem⁹.

¶ Quod sit vtilitas habere manubrium ensis longum. Cap.liiij.

¶ Utilitas reperitur dum manubrium ensis longum tenemus:q: anterius leuiorem ipsū reddit:quāquā pleriq; in hoc errare soleant ponendo pomum graue imaginātes in hoc leuiorem ensem fieri. Et quo ad veritatem magis deuiatur in parte anteriori si vnum digitum prolongamus de spica manipuli:q̄ si i pomo poneremus vnam libram ponderis:⁊ hoc in bilancijs palam fit:q̄m in pauca longitudine maxima experitur differentia:tum ēt ꝑ quibusdā alijs bonum est manipulū ensis:vel mucronis longum habere. Nā q̄uis ensis breuis sit si aliquanto bellum durauerit debemus ipsum ambabus manibus apprehendere: ⁊ tunc ponenda est cuspis versus alterū:⁊ quod breues ictus faciamus quasi in modo defendendi:⁊ interim brachium nostrum extendamus. Quumprimum vero adiungere volumus vna manus est dimittēda. Unde aduersarius discoopertam accipere potest. Similiter si alius aliquanto defessus est:⁊ nos fortem ensē tenemus percutiendo in ense suo ambabus manibus facile est ipsum ensem prosternari. Et hoc vtile est cū mucrōe siue stoccho dū equestres manem⁹:⁊ eo tūc habena lōga tenēda ē:⁊ qd dimittamus alterius impetum abire:ex quo oportet mucronem nostrum:vel grauem ensem ambabus manibus assumere:⁊ tres: aut quattuor ictus veloces iacere in alterius stocchum:vel in aliam discoopertam partem.

¶ Quantum vtile sit armam longam afferre. Cap.lv.

¶ Qui cum ratione scit armis vti ipsas parumper longas gestare debet q: saltem tanto melius aduersario se habet quanto longiorem armam tenet eo magis dum absq; armis defensibilibus manemus: ⁊ offensibilia quoq; leuia esse debent qd ipsa possimus subijcere:⁊ cito manipulari quocunq; tpe voluerimus.

¶ De bielzis:aut crucibus ensium. Cap.lvi.

¶ Bielzi siue cruces ensiū longi esse debent:vt fere totū brachiū tegant:sed itelligit:qd homo recte sciat ensem:⁊ brachium in directū ducere:⁊ non debent esse grossi ut grauitatē ensi non impendant. At quoniā

hielzus non potest scindi:nisi fortuito id acciderit nequaquam oportet ipsum grauem fieri. Nihilominus per totuz possumus ipsos temperare preter cassiam:vel aperturam per quam spica ensis ingreditur. nam illa tenera restare debet:⁊ paulatim grossa ne forte rumpatur. Quia in alio loco non est periculum rumpendi. Uerumtamen per totum in mediocri subtilitate esse oportet.

¶ Quātū vtile sit hominē assuefieri ad operādū cū manu sinistra. Cap.lvij.

¶ Comendamus illum qui leuam manum haberet in consuetudine dum ad decertandum inter duos deuenitur ꝙ in principio cum manu sinistra ensis cōdiatur pluribus de causis. primo quod homo potius super se manebit eo quod minus confidet. secundario quod in trāsferendo ensem ad manū dextram inueni mus manum quietam:vel validam:⁊ socius iam fessus aliquantulo:⁊ adhuc timet nouitatem illam aspiciens etiam aliud:quia quum brachium sinistrum curtos ictus proijcit capiendo ipsum cum directa manu hostis non reminiscitur tam cito ad se recolligendum:⁊ cum his duobus ictibus de quibus superius mentionem fecimus quod in modo circulationis vadant:⁊ quod duo tempora non fiant quasi impossibile est non percutere alium:si modo retro non saltaret.

¶ Quos ictus manus sinistra agere debet. Cap.lviij.

¶ Manus leua semper ictus manureuersos:⁊ manudextros facere debet qui dimidium findentes siue descendentes sunt:⁊ ictus ascendentes semper ad partem dextram aduersarij sunt dirigendi:quia transeū do in alterum latus dimittimus partem nostram sinistram discoopertam. Jccirco communiter super pede nostro directo in simili conflictu ambulandum est intelligitur dum ensem in manu sinistra tenemus:⁊ si in dextra penitus econuerso ituri sumus.

¶ Qua de causa duos ictus agendo tres sint fiendi. Cap.lviiij.

¶ Quotiescunqz duos ictus simul administramus tres quoqz agendi sunt:nam primus ictus annutat:siue lacessit ad irritādū hostē:⁊ secūdus ferit. Tertius vero redit ad nos preparādū:vel cooperiēdū:⁊ itet dū duos manureuersos iacere debemus:⁊ qd illico nos recolligamus siue ad nos ꝯiungēdū eamus.

¶ Quomodo vnusquisqz in principio super seipso pergere debet. Cap.lx.

¶ Initio decertationis aduertendū ē nāqz eo tēpore qsqz fere deliberato aīo ad nocendū inimico initit:quo qdē instāti multū agere pōt:qz totis viribus:ac leuitate deficit si ipsum paululū defatigare finimus:

¶ Qua ratione cum promptitudine ictus fiendi sint. Cap.lxi.

¶ Ictus velociter fieri debēt:⁊ si priusqꝫ icipiāt:aut finitis duobus:vel tribus ictibus ad pmā tēperātiā semp ē redeūdū:nā decē:vel quindeciz iactus simul eijciēdo:qꝫuis i aliquibus ex istis hostē tāgamus:etiā nos cōmuniter aliqueʒ ictuʒ recipimus quod non cōpetit illi:qui cū ratione:⁊ vtilitate agere volet.

¶ Quo tempore bona sit promptitudo:ac furia. Cap.lxij.

¶ Nōnunquam perutile inuenitur contra inimicos magnum impetum agere. Sed hoc quando plures simul manent intelligitur:presertim dum incipimus ad ponendum ipsos in fugam. Et simili tempore tanto melius erit quāto plures ictus trahimus. Uerū ad hoc cōdecenter est nos bene armatos esse:⁊ aliquā societatem habere. propterea qd si inimici deuiarent vnū ictum nostrum nobis nocere nō possent:Qua tādē furia raro vti debemus:si in necessitate non esset causa qd homo ab aliquo angusto loco exiret vel ad capiēdū aliqua loca:aut vias necessarias:semp aūt tēperātiā comēdamus. ¶ Et si i cūctis bona tēpantia i

mō inuadēdi alios optima: quoniā sepenumero hoīes in modis debellandi astuti vnū pro alio ostēdūt: ⁊ similia proprie insidie vocantur: ⁊ qui contra tales insidiosos absq̄ʒ moderatione decurrit frequēter incidit i insidias: Quoniā insidie aduersus furibūdos: aut intēperatos inuēte sunt ita quod tēperātia ē obseruanda ne furibūdoꝝ more capiamur. ¶ Jn armis siquidē veluti cuʒ ense pelta: aut parma ex corio: vel lignea qui decipere vult sepe vnū latus ostendit inimico detectū eo qꝺ ipse intēperate vadat ad feriendū eā pteʒ detectā: ⁊ tūc qui insidias parat cooperiendo se festinatiʒ cū parma: ⁊ trāseūdo super aliud latus venit cuʒ dextero ictu vel pūcta seu cū manu sinistro ex cōuersa parte intelligas qua prius discoopertꝰ erat: ⁊ cōtra hos tēperate manendū ē cōmittendo primū in mō dissimulato ad discoopertū latus: ⁊ quod non finiatur ictus nisi quod cū passu longo per idē latus ad trāsuersum moueamur: ⁊ proijciamus punctam ad latus alterius super illa parte ad quā ipse deuiat: vel ascendentē ad accipiendū manuʒ suā licet quod etiā qui parum sciunt aliqua mēbra discooperta dimittunt in quibus facile vulnerari possunt: attamē decertādo contra illos quos non cognoscimus nequaquā ē ꝯfidendū quod sine insidijs discooperti nō maneāt ita quod frequenter vtendum ē temperantia: ⁊ presertim quousq̄ʒ aduersarij noscuntur.

¶ Quanta vtilitas sit vti aza: ⁊ ense duarum manuum. Cap. lxiij.

¶ Aliquando vtendum est aza siue tripuncta: vt tibias: ⁊ caput tegere sciamus: ⁊ vt dexteri euadamꝰ: ⁊ super latera facile ambulare sciamus: dum opus erit oportet ensem duaruʒ manuum exercere: ⁊ hoc in omnibus generibus armorum adiuuat.

¶ De quibusdam ictibus satis coopertis. Cap. lxiiij.

¶ Cum qualibet arma vtile ē in reparādo ictū alterius qꝺ nos punctā dirigamus ꝯtra aduersariū: ⁊ si cū lācea erit ictus suus reparādus ē: aut dimittēdū quod frustra trāseat p latera: ⁊ eo tēpore decet cū vno pede ingredi maximā ostentationē faciēdo cū vno breui ictu: ⁊ qꝺ talis ictus cū altero pede quantum quierit ꝓlongetˀ. ¶ Aza secuꝰ reparat a pte exteriori ad ptē iteriorē sicuti de manu sinistra ad dextrā dūmodo illico redeamus cū calce aze fere p eūdē locū veluti prior ictus siue repatio ibat lʒ parump magis directa ad psonā alteriꝰ: nā si i prima nō obuiat arme inimici deuiet ipsaʒ i fa: ⁊ qꝺ sinistrū latꝰ i trāsuersuʒ fugiat: ⁊ igrediēdo cum dextro i eo instāti iaciendo vnā punctā i mō ascēdētis vadat: ⁊ sir ō q̄cūq̄ʒ pte fiēdum est. ¶ De ense si aliꝰ iacit repare debemꝰ: ⁊ in eodē ire ad feriendū cuʒ pūcta. ¶ Si autem duos manureuersos agimus in vltimo sola ostentatio ex manu sinistra fieri debet: ⁊ quod cum puncta: seu stocchata veniat similiter manudexter: aut quisq̄ʒ alius ictus communiter in stocchatam conuertendus est deuiando in illo instanti corpus nostrum ab arma aduersantis. ¶ Et hic semper est fingendum quod armam alterius tangere velimus ꝙ nos primitus ad agendum ictum inchoemus: aut quod hostis incipiat: ⁊ sine cesione temporis cum pede dextro ante pergamus aliquantulo supra dextrum latus: ⁊ cum puncta ad pectus: vel faciem eius: ꝙ parumper manus voluatur eo quod crux ensis in transuersum veniat ad retinendum ictum aduersarij si forte ipsum agit. Et hoc continuandum est: quia oportet hostem continuo retrocedere: aut pluries vulnerari. Et hoc fieri potest per partem sinistram quemadmodum: ⁊ per dextram licet non tam proprie. ¶ Et cum quibusque alijs armis bonum est vt magnam faciamus ostentationem quod velimus armam alterius tangere: ⁊ quod is ictus cum puncta in aduersarium dirigatur: ⁊ suam armam non tangat. ¶ Cum aza vel quocunque breui telo vt dum hostis cum manu directo per superiorem partem venit oportet ictum suum deuiare cum alio simili fere per partem superiorem sue arme: ⁊ quod nostra directe ad faciem eiꝰ vadat. Et si manusinistrum iacit pariter cum alio simili nos agere debemus. Si vero per inferiorem vult inuadere telum nostrum per partem eius inferiorē ad reparādū veniat: ⁊ ad tibias suas dirigatˀ. Ad qꝺ faciēdū semp vnū passum: vel duos imittere debemus aliquātulo anterius: ⁊ aliquātulo i trāsuersum. ¶ Nonnulli tn̄ qui defendēdo: ⁊ ambulādo retro ire solēt vno ictu fortissimo ad reparādū vtuntˀ hoc ē dū alius ꝯtra ipsos proijcit fugientes: aut qꝺ finūt ictū suū ex alto finderˀ in imū retro saltantes. Et hoc modo sepe brachiuʒ aduersantis accipiūt: vel interdū aliud mēbrū. ¶ Deuastatio vero huius ictus facillima est: ac sufficiens ad feriendū fugiētē: ⁊ extra cāpū cōpellēdū: que talis

est scilicet minari de manudextro: vel sinistro: et quod eodem instanti ensis noster cum puncta ad brachiū vel visum impugnantis redeat: vt superius dictum est. Et si hostis ad feriendum venire vult ipsemet per ensem nostrum ingreditur: et ensis noster sicut rota volui debet quod crux ipsius in transuersum tendat: non autem quod vna puncta bielci superius respiciat: et alia inferius. Et crux: siue bielzus longus esse debet vt totum brachium obseruet: et corpus quoqz nimium inclinari vt manus altior q̃ brachium restet: et sic alius nō potest nisi in cruce ensis tāgere. Attamen pro vltima deuastatione istius ictus: qui ex puncta venit tunc quum armam nostram tangere vult opus est ad partem nostram dextram ambulare: et quod illico ensis noster sub brachio voluat: et ad recolligēdū brachiū alterius cū cesione eat siue ad latus vel ad visuz cū puncta. Et aduerte q̄ ī oībus operibꝰ nr̄is nusquā declinare debemꝰ. Sz semp meliora inquisitū ascēdere. Ita q̄ in vltimis optima sunt ponenda quādoquidē in fine vltima laus seu ignominia ꝯsistit.

¶ Quatenus se hēre debeāt dexteri cū sinistris: et sinistri cū dexteris q̄ ē isdē ordo: quū eque natura contrarij sint lz ob maiorē aut minorem consuetudinē iter eos aliquam disparitatem versari contingat. Cap. lxv.

¶ Modus preliādi iter vnū dexterū: et aliū sinistrū eē solet tāquā noua res vtrisqz. Ambo enī discoopti restāt: attamē ī cōi deterius ē dextero. nā sero accidit aduersus sinistros assuefieri. ¶ Sinistri enī pauci sunt respectiue ad dexteros: et sic vnusqsqz sinister multocies ꝯ̄ dexteros opatus ē. Et q dextera manu vtit raro aduersus sinistros. ¶ Uerūtamē p̄mus ludi itetus ē q̄ cuiqz p̄liatiū ꝯuenit q̄ pedes ferme equales ponat: et sup suo sinistro latere ābulet. ¶ Brachiū: et manꝰ añ sumet aluū q̄ manus veniat fer̄ ī medio crurū: et cuspis ensis parūper ad imū tēdat respiciēdo latꝰ ī quo hostis ensez ꝑtinet. ¶ Si vo sinister manu dextrū iacit q̄ venit ex eo latere quo reuersus dextera manu fieri solēt debemꝰ nosipsos deuiare sup sinistro pede ꝯpassando nr̄o ense colligētes hostis manū aut brachiū. Et si ad reuersuz iacit q̄ erit sicut manudextrū dexterorꝫ spaciari debemꝰ sup directo latere brachiū ense capiēdo aut suā armā reparādo ne nos ꝑtingat. ¶ Et iterū ꝙ reparamꝰ aut brachiū pcutimus meliꝰ ē q̄ secū iūgamur q̄ q̄ retrogrediamur nāqz ex eodem ictu qui prius ad brachium attigit ad tibias redire potest: et deinde cum stoccata in eodē tempore. ¶ Periculosum est manu dextrum iacere si non esset ad irritandum ipsum spaciando super nostro sinistro latere: et cum custodia vel ascendente ad brachium iaciendo. Bonum est per tibias vnum reuersum dissimulare siue āmagare: et absqz transitu ipsummet reuersum cum stoccata ad faciem dirigere. ¶ Nihilominus ad hoc bonum esset habere in sinistro brachio aliquam armam de defensa nuncupatam ad ponendum ante dextrum humerum. ¶ Demum ensis noster semper debet ad manum alterius respicere: et quod ex transuerso veniat ac si dexter cum dextero aut sinister cum sinistro dimicaret frequenter fugiendo latus ex quo hostis iaciet brachium sibi cum nostra arma colligendo. ¶ Et eadem regula quam dexteris damus pro sinistris intelligenda est: a natura enim equaliter contrarij.

¶ De modo decertandi equester. Cap. lxvi.

¶ Tractamus de armis nobis cōpetentibus dum pedestres sumus pertractauimus: in sequentibus vero capitulis aliquid de equestri modo pugnandi inscribemus. ¶ Dum duo equestres ad certamen deueniūt in prima lancearum obuiatione sepe vtilē est in equum alterius lanceam dirigere dummodo aliqua arma defensibilia habeamus que possent personam nostram tutari. Quando autē equos leuis armature habemus: et parmas deferimus quibus nos tegere valeamus in appropinquando bonum ē minari ꝺ iaculatione lancee ꝙ alius cooperiatur: et in transeundo ipsum ferire. Sed oportet quod eo tūc lanceā per dimidiū assumptam teneamus quod hyspano idiomate amanteniente dicitur: et quod festinatim super aduersariū reuoluatur aut pro tutiori modo lancea per dimidiū ē apprehendēda: et quod obuiationem lācee alterius deuiemus quod facillime fieri pōt: q: q̄uis nil aliud preter ensem teneamus si super collo equi ipsuz deportamus pauco labore possumus alterius obuiationē per partē inferiorē cū ascendente vel modo manudiretti deuastare. Si aūt dargā seu parmā habemus possumus ipsam lācee alterius dare: et quod nos deuiemur super parte nostra directa: et tunc scindendum ē per faciem cum manusinistro.

¶ Quid agendum sit dum iam equites coniuncti sunt. Cap.lxvij.

¶ Dum equites iam sunt propinqui: et in conflictu: utile est interdum lanceam ambabus manibus apprehendere premittendo ipsam decurrere supra manum ferentem parmam. si vero eam per dimidium tenemus semper duo vel tres ictus agendi sunt: et quod ad varia loca tendant: et unus brevis: et alius longus esse debet: et quod semper sit nobis cura deviandi lanceam alterius ne malum utrique immineat. ¶ De veniendo ad ensem vel ad stoccum seu quod mucrones dicantur utplurimum facturi sumus ictus quibus pedestres cum ensibus duntaxat uti solemus. Sed in principio cum pauco impetu ingrediendum erit: et quod manus dextera dum tempus habet super anteriori arzone quiescat: et cuspis ensis semper adversarium respiciat.

¶ De quibusdam ictibus offensibilibus: et aliis quoque defensibilibus. Cap.lxviij.

¶ Nonnulli ictus principales fieri solent qui admodum tuti sunt hoc modo. Si adversarius punctam adducit infimam ad crura nostra oportet ipsam omnimodo devastare cum ascendente qui ensem alterius per inferiorem partem capiat. Et si ipse stoccatam aliquantulo altam eiiciat cum dimidia stoccata: et dimidio manu dextro reparandum est declinando brachium nostrum: et quod arma nostra anterius sit porrecta ut mucronem adversarii deviare queat: et ad feriendum in pectore aut facie vadat: et hoc equester: et pedester fieri solet contra omnes ictus quos alius agere potest. ¶ Unus manureversus in transeundo prope adversarium bonus est quo assidue aphricani: theucri: aliique mauritani utuntur. ¶ Sed in contrarium sive ad faciendum devastationem cum alio manusinistro succurrere debemus. Verumtamen quod cuspis ensis nostri sursum respiciat et manus declinet: ut dum in transversum venimus nequeat alterius ictum reparare aut vero ensem nostrum infimum gestare possumus: et quod descendente manu reverso arma nostra ascendat in modo capiendi manum suam: et ad melius obstandum huic ictui oportet quod super sinistro latere adhereamus: et quando quoque presertim si parmam in manu sinistra tenemus caput nostrum tegendo: et quod stoccatam ad alterius faciem applicemus tamen quod manus nostra veniat quanto inferius venire poterit eo quod reversus alterius in ense vel in elzo nostro retineatur que puncta contra ictus venientes ex humero sinistro valet atque ad offendendum illis qui super humero sinistro arma sua gestant seu retinent. ¶ Si vero de manu dextro inimicus vult invadere cum simili nos occurramus vel cum ascendente ex inferiori parte manum suam capiendo. Et semper tales defensiones agere oportet contra quemcunque hostis ictum.

¶ Contra illos: qui mucronem suum supra arzonem affirmant. Cap.lxviiij.

¶ Quidam soliti sunt super arzone stoccum suum firmare: et ponere tibias sive calcaria equo atque ferociter cum obviatione venire sed hoc nil contra sapientes valet. facile enim armam suam deviare possumus et in faciem eius vel ad quodcunque membrum voluerimus cum nostra excutere. nam quelibet arma que in obviationem tendit per cursum leviter deviari potest: quoniam paulatim et sine deceptione venit.

¶ Quo pacto offendere debeamus. Cap.lxx.

¶ Dum offendere volumus in uno latere comittendum vel signandum est: et in altero ictus exonerandus. Et semper ubi adversarius minus fortis est applicandi sunt ictus: et sic facilius ipsum capere possumus.

¶ Quid facturi simus dum videmus alium caute ambulare. Cap.lxxi.

¶ Si alius super se retentus manet contra ipsum ludus quem de pedestribus diximus agendus esset eo quod deordinetur. Deinceps vero invadendum est ubi nobis videbitur: et si ad aliquod latus volveretur semper manendum est iuxta ipsum ut in his intervallis volvendi sibi nocere possimus. Quando autem equus noster revolveret assidue tenenda est arma contra adversarium directa: ut nosipsos tutari valeamus quousque equus noster ad directum vertatur.

¶ Quos ictus cum maza siue claua operari possumus ⁊ q̄ longa esse debeat ⁊ quomodo fieri oporteat. Cap.lxxij.

¶ Accedendo ad clauas seu mazas vulgariter dictas in primis reparandi sunt ictus hostis: deinde contra eum magno fremitu exonerandum est. Dumq3 aliquantulo moratur mittenda est habena in brachio nostro pro quo decet quod longa sit: aut quod ipsam parumper dimittamus: vt postmodum apparebit accipiendo clauem ambabus manibus tres vel quatuor ictus cum vltima vi: ⁊ velocitate impellendi sunt. quia si in sua arma percutimus sepenumero ipsam extra manum expellimus. Similiter in quocunq3 alio loco percusserimus magnam operationem agimus. Ad hoc requiritur clauam longam esse per quatuor palmos ⁊ in posteriori vnum manipulum in quo duas manus imittere possimus. ⁊ ante manus vnam rotam ferream more peltuscule que manus obseruet ⁊ in calce totius aliquam grossitudinem ne maza e manibus diffugiat: ferrum vero eius in similitudine aze vel tripuncte fieri debet vna pars martelli que grossior est in tribus punctis paruulis esset diuidenda admodum diamantis. Altera vero tanquā limō paruulus: ⁊ quod iste puncte sint expedite in basta cum aliquo nodo in dimidio ⁊ superius aut anterius puncta breuis ponenda est: ⁊ quod per lignum duo veces ferrei vadant ad infigendam rotellam vbi manus sunt: ⁊ manipulus cum filo optimo fortificatus sit: quoniam maze que aliter facte sunt paruulum ictum producunt: tamen quandoq3 claua in vna parte scindere debet. Sed quod distantia scissure breuis sit ⁊ expedita ad cassam martelli: ⁊ similiter pars obtusa nimis expedita: eo quod ibi tota vis ictus recolligatur. Et hunc contum siue clauam ambabus manibus assumendo multo fortius est q̄ si vna sola: Quoniam vna non satis potest contra duas resistere interdum dimittere debemus habenas vt sinistra manu telum aduersarij capiamus. Sed oportet manutecam ferream habere aut quod cum brachio ipsam assumamus vel reparemus. Tamen cu3 discretione decet redire ad suscipiendas iteru3 habenas: ⁊ etia3 habene cu3 aliqua re subtili atq3 longa in crinibus equi alligande sunt: ⁊ quod ad brachium nostrum deueniant ne ipse habene super capite equi in terram cadant. ¶ Hec claua siue acuscula vulgariter denominata vltra tres cuspides videlicet: vnum angulum obtusum: alterum medium: ⁊ alium acutum etiam in clauo qui coniūgit lignum cum ferro: debet esse quidam rampinus: siue curuus fortissimus: de quo rampino maza suspenditur: ⁊ dum decertatur potest accipere aduersarium per collum vel alterum membrum: ⁊ attrahendo fortiter: presertim reuoluendo se vt debetur simul cum equo: ⁊ sic facile est attrahere extra sellam aduersantem. ¶ Et vt tutius maneamus: oportet duo portare claua vt si vnum deperderemus: quod aliud remaneat: ⁊ etiam pedester: dum cum āchis decertatur: ⁊ armis albis potest portare rampinum in ācha ad accipiendum aduersarium per collum: quia facile erit ipsam proijcere: ⁊ tunc ille nullum ictum magnu3 siue periculosum contra nos operari potest.

¶ Quid facturi sum⁹ vidēdo equū aduersarij nobis nimiū fastidij inferre. Cap.lxxiij.

¶ Si equi securati sunt hoc est quod nullus vulneret aut occidat equum alterius. Et si equus inimici vult nimium super nos inniti oportet supra caput eius cum pomo mucronis aliquem ictum dare: quoniā hoc modo non potest dici quod vulneratus sit equus: ⁊ valde nobis adiuuat.

¶ Quonā pacto aliquando stocchis in modo obuiationis vtendum est: ⁊ de medio contra ipsum. Cap.lxxiiij.

¶ Quia armigeri dum de armis albis atq3 grauibus armati sunt ⁊ equestri decertant super omnia alia arma stocchis vulgariter denominatis vtuntur de stocho ipso aliquid exponendum est: saltem vbi alter alterum nimium superare potest: veluti dum equum validiorem: quam equum aduersarij habemus: Quocirca qui equum ducit fortissimum: qui facit retrocedere equum aduersarij: potest assumere stochum firmū ⁊ tutū: q̄ nō torqueat̄ neq3 rūpat̄. ¶ Et tūc paulati est ponenda cuspis stochi ī gutture sup viseriā: aut sub axillis: siue brachijs alteri⁹: ⁊ q̄d stati man⁹ nr̄a sup nostrūmet pect⁹ pōat̄ expellēdo ɔpetitorē in

modo obiectionis.nam si equus noster est ita validus ꝙ facillime faciat retrocedere alterum equum de facili quoqꝫ possumus prosternere extra sellam aduersarium dummodo stocchus noster sit apprehensus in aliqua parte superiore alterius:vt in gutture vel viseria. Sed dum equus noster non expellit alterum. Hec industria parũ vel nihil valet. ¶ Verũtñ si qñqꝫ cõtingit cõtra aliquẽ pugnare:q talẽ habeat equũ: ⁊ idustriã aiaduertẽdũ ẽ ꝙ dũ ipsi affirmãt suũ stocchũ statim super vnam latus nosipsos reuoluamur accipiendo stocchum alterius cum brachio:⁊ ita possumus arripere ipsum a manu inimici ⁊ si non arripimus saluabimur:atqꝫ plicabimus stocchum illius:⁊ postquam plicatus erit parum vel nihil in simili obuiatione contra nos operari potest. ¶ Tandem vt tutiores simus semper cum tali pacto decertandum est:quod equos occidere possumus saltem dum credimus ꝙ aduersarius equum fortiorem nostro ducit. ⁊ tunc in primis contra equum oportet ictus nostros dirigere:⁊ inter alios potissimum cum acuscula vel claua est dandum super cerebrum alterius equi:⁊ in hoc modo si claua bona est:⁊ cum duabus manibus percutimus cadet equus aut saltim nunquã amplius versus nos diriget faciem. ⁊ hec est via inter alias validior ad pugnandum contra habentes equos magnos:⁊ fortes:nam dum equum occidere possumus parum interest ꝙ equus alterius sit maior nostro:quoniam ita facile:aut parum minus possumus occidere ipsum:atsi aliquãtulum debiliorem esse. Sed dum tale constituitur pactum: ꝙ equi non occidantur maximam habet superantiam:qui equum fortem:⁊ magnum ducit veluti mittendo ensem in viseriam alterius:⁊ percutiendo ipsum super caput:licet in bello minus hoc valere potest: qꝫ in singulari certamine: quoniam vnusquisqꝫ potest occidere equum alterius:⁊ etiam tunc est parum spacium ad ponendũ arma paulatim vbicunqꝫ volunt:⁊ cum obuiatione lancee occidere equos res facilis est:quod in certamine multorum fit vel duorum in particulari conuocatione:⁊ ad hoc agendum attenti esse debent tanquam potissimum:qui viam superandi assequãtur:licet quod insipientes assidue contra hominem ictus suos dirigunt: non autem versus equum:quod sane econuerso agendum esset in principio saltem: quoniam dato qđ equipertas coreas iuxta solitum ducant:parum eis prodest in defensione obuiationis lancee:⁊ etiã vltra hoc pro maiori parte remanent eis alique partes discooperte vbi possumus ipsos sauciare.

¶ Quid agendum sit dum volumus cum mucronibus coniungi. Cap.lxxv.

¶ Appropinquando cum mucronibus in manibus reparare bonum est:⁊ quod manus nostra cum pomo stochi veniat ad capiendum brachium dextrum aduersantis per superiorem partem: ⁊ voluendo brachium ipsius etiam equus noster in eo instanti voluendus est:⁊ taliter facillime hostis extra sellam attrahitur:⁊ adhuc quandoqꝫ si equum altiorem habemus possumus caput aduersarij apprehendere:⁊ equũ nostrum circumcirca diuertere. Quod si alter caput nostrum apprehendit debemus ipsum assequi quo iuerit firmando manum nostram in arzone selle illius fortiter crura nostra prementes firmando corpus per directum super sella. Sed melius est manum firmiter in collo alterius imponi:⁊ sic non sinit ipsum magnã vim imittere:vt dum tornũ in palestris euitare volumus:quia manus in pectore eius posita omnes vires suas impedit:quãdo hostis vadit nos captũ:debemus equum nostrum deuoluere vt diximus volentes ipsum extra sellam abstrahere. ¶ Et si vult ensem nostrum extra brachium assumere eo tempore quo ad reparandum venit brachium nostrum dextrum atqꝫ latus retrocedere debet:⁊ quod puncta manus statim per inferiorem partem ad faciem hostis redeat:⁊ hoc pedester sepenumero fieri potest dum manudextrũ iacimus ⁊ ipse cum brachio suo sinistro ensem nostrum siue brachium vult capere:si in eo tunc brachiũ retrocedimus:⁊ vt dictum est per partem inferiorem cum puncta aduersus hostẽ reuertitur:facile est ei nocere aut quod dum brachium nostrum assumit per eandem partem sibi tornum ponamus vt ad cadendum super tergo veniat. Et si disdunatam more britonico iacere vult pari modo cum hac stocchata quelibet hostis malicia deuastatur. Rursus animaduertendum est quia vt facilius mucronem manus alteri⁹ eripiamus quo melius aut saltem facilius hoc cum manu dextera nostra quam cum sinistra fit hoc modo dum alter aliquo ictu nos percutere vult quod brachium ipsum in quo arma ducit apprehẽdamus reuoluendo nosipsos ⁊ equum super sinistram partem ⁊ si alius brachium nostrum capere vult:nos quoqꝫ super partem sinistram velociter simul cum equo reuoluere debemus:veluti cum paruulo pugilare fieri solet dum pedester manemus.

¶ Quo pacto equus noster gubernandus sit. Cap.lxxvi.

¶ Melior modus administrandi equum nostrum videtur: vt in primis manum sinistram supra collum equi ponimus: presertim quando equus formidat: quia vbi magis ipsum habenis tangimus peius operatur: nisi in illo quod ad precustodiam eius attinet super latera: et quod interdum calcaribus ipsum tangamus: tamen suauiter. Et donec hostis reuoluendo circumcirca cum equo suo vadit nos dumtaxat caput et anteriores pedes equi nostri euoluamus semper alterum respiciendo: et tamen quod nullum terrenum perdamus nec fere lucremur quousque ipsum deordinari viderimus: et eodem tempore per transuersum inuadere possumus nos secum adiungendo: Qui autem cum equis saltando vadunt assidue disgubernantur seu deuiant.

¶ Cuius condictionis equus esse debeat in huiuscemodi exercitio. Cap.lxxvij.

¶ Equus ad peragendum hoc exercitium dimicandi: in primis caput firmum habere debet: ne in altitudinem subleuetur cum anterioribus pedibus nec retro diffugiat: Si enim equus formidat nullo ictu deliberato possumus aduersarium attingere aut percutere vbi voluerimus tametsi ipsum inordinatum viderenius: quia equus noster dum volumus non prebet locum eundi ad feriendum hostem: Oportet autem quod equum nostrum administremus dum ad alium appropinquamus ne in longum transeat: nisi quod equiparando ad groppam vel caudam alterius super ipso voluatur: et ita de facili potest tergum suum cum securitate nostra capi.

¶ Quam sit vtile viseram subleuatam habere. Cap.lxxviij.

¶ Siquis reparare nouit et hostis est valde armatus sepius vtile est habere viseram que in altum vadat eo quod anhelitus noster potius durat et melius quoque videri potest quid faciendum sit: et fere nullum iminet periculum: aut de raro eueniet: maxime si ferreas cyrotecas tenemus ad deuiandum armam alterius. Sed qui grosso modo vadunt indigent vt omnia loca optime tegantur: et deinceps agant haud secus quam ferrifabri vna inuicem tundentes. ¶ Denique anhelitus longos nimium in decertando pedester seu equester valent: vnde oportet nosipsos exerceri vt in anhelitu valeamus: dato quod nobis a natura negatum esset.

¶ Qua de re multum differenter est decertandum: dum in albo vel grauiter armati sumus: quam si cum paucis armis et de quibusdam ictibus appropriatis dum milites grauiter armati sunt: quod pedestres: vel equestres maneant. Cap.lxxix.

¶ In hoc loco videlicet dum de certamine grauium armorum agimus: animaduertendum est: quod multum inter modos decertandi leuis armature: et grauis interest: nam cum armatura leui dum ictum contra aduersarium agimus: aut suum euitare volumus: varia de membris nostris agere possumus: tum ante eundo: et tum retrocedendo. iam super vnum latus: et iam super aliud ambulando: tum retro: et tum ante corpora plicamus: aut quocunque nobis placet: sed tot cum armis grauibus operari non possumus: nam si corpus inclinaremus arma tantum super illam partem ponderarent: vt faciliter caderemus: aut detrimentum aliquod reciperemus: nam de duobus vnum semper eligendum est: aut ambo simul: hoc est quod dum grauiter armati sumus: super pedes semper equestres et pedestres recti stemus: et ambulemus: absque aliqua inclinatione corporis: alterum siquidem est quod semper ante ambulemus: aut saltem circum circa retro vero nunquam. ¶ Et hic vt facilius quid importat intelligatur in certamine grauium armorum exemplum capiendum est: Si cum ijs armis forsitan pedestres congredi volumus: tale exemplum est: si in equo cum armis grauibus decertatur: oportet saltem quod caput equi nostri ad aduersarium dirigatur: si forsitan ipsum per latera: aut terga capere possemus: aut quod ipse nos non capiat: Et vlterius atque principalius fixe manendum est; aut super inimicum ruere; presertim dum equum suum su-

per nos alter impellit:quoniam si tunc habenas nos recolligeremus:aut ad partem anteriorem inquan-
tum possemus non fortificaremur faciliter equus noster retro caderet:aut totuz vallum paulatim deperde
remus:⁊ varia alia scandala super nos euenirent.¶ Unde oportet quod semper cum alius equum suum
ad nos impellit contra ipsum nostrum impellamus:⁊ si alicuius ensis estoch:claue:aut similium: ictum
suum eijciat cum ense nostro vel aliquo brachio recipere oportet:⁊ si alter nos expellit: nos quoqꝫ cum ve
locitate ⁊ robore ipsum expellere debemus:vt retro cadat. ¶ Et iuxta hoc exemplum de equestribus po
situm cum ijs armis pedester decertandum est:Que in aliquibus idiomatibus arma alba dicũtur:deniqꝫ
in hoc certamine passim incedendum est:rectusqꝫ super pedes manere : sub proposito nunquam retrogre
diendi:nam que hoc tanquam vltimum malum euitandum est:tamen quandoque retro ire potest:vt alte
rius ictus vitare:aut arma accomodare possit : Tandem assidue ante eundum est:aut firmiter manere si
anhelare:aut quiescere volumus:Sed si in hoc termino vel in alio aduersarius expellere aut cum mucro-
ne:vel pomo ensis nos vult percutere:quod semper valide:ac festinanter versus ipsum occurramus .opor-
tet:vt cum brachio nostro arma eius atqꝫ brachium deuiemꝰ:⁊ quod eum in capite in pectore vel alibi va
lidissime percutiamus. ¶ In hoc loco presertim contra debiles optima sepe est industria: pedester siue
equester:quod scilicet cum manu sinistra siue pugno super pectus alterius obruamus:⁊ eodem instanti cũ
pomo ensis super caput percutiamus:nam si ensis pomum est bonum:⁊ cum impetu obruit ⁊ magnum
percusso detrimentum affert:Et pedester decertatur sepenumero cadet:⁊ si similes ictus contra nos fieri
volunt:aduersario nos in eodem instanti eum retro expellendo coniungere oportet.nam cum iuncti sumus
ictum magnum agere non possumus.¶ Sed hic diligenter aduertenduz est quod ita fortis veluti aduer
sarius est esse oportet aut fortior si possibile est. Nam quãuis cum claua achia:atque cuspidibus ipsum p
cutiamus:parum vel nihil mali illi infertur:presertim si aliquantulum est sapiens:nam contra similes ictus
magnos applicare nũquam possumus cum semper ipsum deuiat:aut ingreditur:vbi paruum ictum super
ipsum agere possumus:⁊ tales ictus:qui totus armatus in albo est:nil curat:vnde fit si retro cedimus cito
aut sero capiemur si fortis aduersarius est:⁊ ante ire vult:tunc ad palestram deueniendum est:⁊ tibiam ad
uersarij si possumus accipere debemus:⁊ tamen decet quod recte super pedes nostros declinemur : nam si
inordinate declinaremus vtꝰ cadamus necesse est.¶ Et hic super omnia vnum aduertas : videlicet quod
priusquam certare deliberes tam fortem teipsum facias quum aduersarius est:⁊ si in re non ita est firmi
ter teneas:quod sit:⁊ si hoc non est non decertabis. Quoniam cum his armis semper debiliores perdunt
aut quod debiliores in operatione sunt:nam vbi animus deficit:aut alterius vires valde timet membro-
rum vires nimium declinant:ita quod cum armis albis preliandum non est:nisi ita fortes simus sicut ad-
uersarij sunt:aut esse credamus:quia si per vnum gradum alius nos expellit per duos: aut plures ipsum
expellere credimus.¶ Et si contingit fortior nobis esse:nos circumcirca cum animo claro atqꝫ quieto am
bulare oportet:vt pares:aut superiores simus:⁊ ad hoc agendum seu ad expulsionibus hominum fortiuz
resistendum:arte ipsos expellere oportet veluti in hoc libro agendo de iustra ostendimus per quam viam
contra fortissimas vires mediocres stare possunt si fortes inaccõmodate sunt: nõnulli achia transuersata
vtuntur cum duabus manibus dum armati sunt:⁊ eam super pectus inimici per transuersum vt ipsum ex
pellere possint:in hoc casu aliquantulum super latus nostrum voluendum est:vt alterius corpus deuiemus
⁊ ipsum per tergum capiemus:vel quod etiam in achia vel pectus eius manus nostras firmemus:vt eum
retro expellamus:Et cauendum est quod nunquam caput nostrum super tergus declinet:nam si declinat
⁊ nos aduersarius persequitur maximum est periculum.¶ Et in hoc modo decertandi saltem pedester
aduertendum est quod homines magne stature:super paruulos maximam habent superantiam : Nam
ĩn maximo corpore vis maxima esse potest:vnde magnos faciunt ictus:⁊ ob ponderationem seu magni-
tudinem corporis homines corpulentos expellere non possumus:⁊ concesso quod plures ictus super eos
adduci possint quod hoc erit si in albo armati sunt:Nam eadem est ratio:duo homines nudi pugnis aut
armati armis albis cum achijs decertare volunt:nam qui fortiores super aduersarium prebet ictus preua
let:Sed dum leuiter armati sumus ad occidendum inimicum vnaqueque parua vis sufficit . ¶ Eque-
stres dum milites armati in albo sint:aut quod vbique tecti armis defensibilibus sint:vnusquisque debet
super aduersarium ruere:vt superius visum est:presertim dum alter ictum iacit. ¶ Exẽpli gratia aduersa
rius punctã manu dextrũ:vel sinistrũ adducit:eodez tpe videndũ ẽ qꝺ equũ nostrũ ante ĩpellamꝰ:eo qꝺ cũ

brachio nostro dextro vel sinistro brachium alterius adiungamus vt arma eius capere possemus: et si cum brachio sinistro dextrum aduersarij capimus festinanter: atque validissime equus noster super dexteram partem voluendus est: et sic cum brachio dextro etiam dextrum alterius apprehendimus: tunc ad sinistrum latus equum voluere debemus citius: atque fortius quam possumus: et sic necessarium est quod alter arma deperdat: atque si aliquantulum ea in manu vult retinere cadat: et ad hunc effectum oportet quod nimium cum equo nostro ingrediamur: quoniam non tantum arma alterius capienda sunt: sed et brachium: et etiam aduertendum est: quod si alius contra nos similia operari vult: festinanter brachium per partem superiorem retrocedamus: et quod cum volutione sub brachio cum estochata veniamus: aut vero cum aduersarius brachium ad capiendum nostrum extendit: quod cum sinistro nostrum ipsum impediamus: et etiam cum sinistro arma alterius deuianda sunt: sed habeas nostras longas esse oportet: vt supra visum est: eo quod in brachio sinistro misse sint. ¶ Si alter cum brachio dextro caput nostrum accipere vult: in eo instanti cum sinistro nostro eundem suum apprehendere oportet recolligendo collum nostrum ad humeros: et confestim equum super partem dextram voluamus: et tunc in maximo periculo aduersarium ponere possumus: et si cum dextro brachio brachium alterius capere volumus: equum super sinistrum latus reuoluere oportet: et hoc melius est si de fronte ad frontem decertatur: quando caput alterius alter capere vult: Si equus alterius dorsum nobis voluet diligenter atque extemplo cum pomo ensis nostri super cerebrum: aut occiput aduersarij feriendum est: nam si fortiter ibi percutimus: cito super collum equi eum proijcimus: aut si hoc nolumus: aut non possumus de mallea vel de aliquo alio fuste in collo posita cum manu nostra capiendum est: vt super dorsum equi militem cadere faciamus: aut vero alio modo transiendo per latus alterius: ad eandem partem eundo ad quam ipse vadit brachium sinistrum nostrum super sinistrum alterius super cubitum per partem posteriorem ponendum est: vt ad anteriorem ipsum expellamus: et tunc etiam cum manu dextra collum alterius seu scapulam per partem dextram est capiendum attrahendo ipsum: vt ad latus sinistrum cadat: et si alter nos eodem modo apprehendit: brachium nostrum sinistrum retro diligenter trahendum est: et quod per lombos alterius capiat: Et quod etiam totum corpus per eandem viam super sellam seu super naticas reuoluatur oportet: et ad hoc aut similia agendum: per palmas manuum semper aliquas listas de malea habere oportet: et quod almeti seu galee viseria per quam videmus tuta sit: eo quod aliqua subtilis cuspis per ipsam ingredi non possit.

¶ Quoniam dum singulari certamine pugnatur multum temporis atque loci ad aspiciendas partes: que inermes sunt habemus: et ipsas considerare possumus: nam dum plures simul in bello congrediuntur: cum rigore preliantur: et quia vnusquisque socios contra inimicos per omnia latera obruendo adiuuat: non datur locus quod omnia membra discooperta aspiciantur: et sic in singulari certamine de equo forti: atque magno prouidere oportet: forti vt alium expellere possit: magno vt aduersarium superet: nam qui altior est validiores ictus adducere potest: et cum mucrone ensis si subtilis est: non ad tondum modum tendentem: sed ad planum: miles si sagax est aduersarium per viseriam sepenumero ferire potest: Verumtamen in similibus prelijs vnusquisque cum offensibilia et defensibilia scit prouideri potest: ita quod estochos seu enses experiri debent an per viseriam ingredi queant: et si ingrediuntur restringenda est: aut in alium modum si oportuerit prouidere veluti alias paruas fenestellas seu foramina agendo per quas videre possimus: atque anbellitum resumere: vt in locis proprijs apparet: Verumtamen vt alibi agimus nullatenus aliquis qui probus vir sit: ad certamen singulare conueniri debet: nisi sub tali condictione quod vnusquisque equum alterius occidere possit: sicut eo modo quo in communi bello vtitur: et cum hac condictione tantopere armari non oportet: nam multo minor numerus armorum pedester sufficit: nam si ad brachia non deueniunt saltem in parte posteriori nil armis indigent: nec quidem coniuncti multis: nam cum amplexi sumus: paruos ictus agere: et per pauca loca dirigere possumus.

¶ Qualiter in quacunque facultate manibus aut verbis attinente postquam deliberamus sine scrupulo agendum est: vt breuiter ad perfectum finem euenire possimus. Cap. lxxx.

¶ Dum de practice agimus vnum precipue semper obseruandum est: videlicet postquam determinamus quod sine trepidatione vsque ad finem cum delibato animo agamus: nam cum malum sine consideratione ad opus accederetur: ita malum postquam in opere sumus tiene nova

adducendo dubia: licet quod semper prudenter agendum sit: tamen quod finem inceptum sine intervallo assequamur: nam de his qui post initium per viam prebent aures atq; corda omnibus occurrentibus dubijs raro vel nunquam opus magnum: atq; cõmendabile perficiunt: Quocirca priusquam incipiamus quid acturi sumus sapienter discernendum est: sed postquam per verba promittimus aut ad operandum manualiter accedimus sine scrupulo animo deliberato agendum est: sed cum hoc in omnibus hominibus vltima perfectio est: postquam bonam assumpsimus deliberationem ipsam sine scrupulo assequi in paucis reperta est: eo quod rara difficillima esse solent. Et sic nullus magnus in deuotione: seu sanctitate: nullus in litteris: nullus in bello: aut in similibus reperitur: qui postquam incipit scrupulosus in via quam assumpsit est: quoniam oportet quod semper prudentia simul cum deliberato animo ambulet: nam in eo modo quod sine turbatione esse debemus: dum ea que acturi sumus iudicamus pariter dum iam operamur ea que prius ordinata erant sine turbatione agenda sunt: vt finis cum principio suo conformetur. nam ordinatio operandi principium est: ⁊ executio finis. Unde fit ꝙ si finis turbulentus: aut sine aduertentia non conformatur cum suo principio: que ordinatio sine trepidatione seu obscuritate erat. ¶ Et in hoc loco vere valde mirandum est: licet fere omnibus hominibus contingat quod vnum sciamus: ⁊ in animis nostris ordinemus ad agendum futurum: ⁊ quod postquam in ipso opere sumus aliud diuersum agamus: ⁊ tamẽ fere omnibus hominibus contingit: presertim in certamine armorum in quo loco super omnes alios clari ⁊ experti esse deberemus: eo quod de vltimato fine aut de ipso obseruando in eo tunc negociamur. Unde honeste petendum est cur magis ea que prius nescieueramus tunc agimus quam ea que sciebamus cum ꝓculdubio econuerso agendum sit: nam potius quid scimus dicendum atque quomodocunq; agendũ quã id quod ignoramus: sed quia pauci de natura atque de arte electi sunt etiam pauci dum ad opus magnũ accedunt quieto animo ⁊ deliberato ea que prius deliberata erant agunt. ¶ Et etiam hic aduertendum est quod non tantum blasphemamus eos: qui postquam ad opera manuum deuenerunt trepidant: Sed pariter: aut cum pauco discrimine quos incipiunt negociari: ⁊ conclusiones fugiunt: Tandem quod peius est plures libentissime negociationibus adherent: ⁊ tamen semper conclusiones fugiunt: ⁊ pariter in armis aliqui faciunt quia continuos rumores cum isto ⁊ cum illo querunt: Et tamen semper vltimatam decertationem armorum fugiunt: Alij vero homines sunt qui de raro ad negociandum accedunt: atque cũ quieto animo ⁊ similiter de raro ad prelium: Et tandem dum sunt deliberati animi agunt: vt ad vltimatum finem venire possint: ⁊ isti homines tantum super alios cõmendabiles in quacunq; arte siue officio in quo ponantur. ¶ Et hoc deliberatum operari postquam inceptum est non solum in hominibus: sed ẽt in omnibus animalibus commendatur.

¶ Quo pacto arma esse debeant ad decertandum inter duos milites. Cap. lxxxi.

¶ Thorax ad preliandum pedester secundum antiquos longa fere vsqꝫ ad genua venire solet:ꝛ circulus eius.vel lambe:que ex cinctura inferius tendunt leues esse debent:ꝛ ꝗ facillime extendantur vt recolligan tur:cum quo quidem thorace duabus baueris seu barbutijs cum quibusdam foraminibus vtuntur: Qui autem scit azam exercere proculdubio potest vnum barbutium dimittere:vt leuius vadat. preterea alique fenestre faciende:que inferius aspiciant ꝛ euitanda sunt foramina que in parte anteriori manere solent pro pter iminens periculum ne ibi cuspis aze firmetur.

¶ De casside vel galea que almettus vulgariter dicitur:ꝛ de viseria eius. Cap.cxvi.

¶ Almettus seu cassis sufficiens spacium continere debet:ꝛ per anteriorem partem saltem alta: ꝛ ꝗ sup latera:ꝛ ad partes posteriores in grossitudine deperdat:ꝛ super aures vt subleuatum sit in modo tuberis: siue maruce:ꝛ aliqua foramina habeat causa quod audire possimus:quia dum non audimus:ꝛ aures cō stricte sunt pariter:ꝛ omnes sensus occupantur taliter quod homo paucam cognitionem habet de illo qđ facturus est: ꝛ vlterius cito deficit. Si vero cassis subleuata erit quemadmodum diximus fortior reddit. Nam super latera imittit punctas ad extra. Verūtamen ad tempora appropinquari debet vt firma ma neat armatura:ꝛ bonum est etiam dum vnum spiculum paruulum de aure in aurem per summitatēꝫ cas sidis veluti aliud spiculum quod ex parte anteriori ad posteriorem transit: ꝛ de rimula seu scalfatura siue apertura almeti:que ante faciem nostram vadit parumper infima versus barbam causa maioris anhelit[9] esse debet:ꝛ extremitas seu orlus vel plica circūcirca rimulam seu scalfaturam tendens grandiuscula:ꝛ qđ aliquanto foras voluatur:vt ibi punctas arme alterius retinere queat:quoniaꝫ aliter quandoqꝫ visera ape ritur:vel subleuatur.ꝛ arma hostis venit ad feriendum in facie: Quapropter omnes orli:vel plice paululuꝫ foras euoluant:ꝛ quod visera per quam oculi aspicere debent satis procul a facie veniat causa anhelitus: ꝛ vna cesura sit super quocunqꝫ oculo vt superius aspicere possimus. Sed stricta esse debet: vt quāuis ibi aliqua puncta tangeret ingredi nequeat: tametsi parum periculi sit: quum illic almettus seu galea retro effugiat.

De quadam casside secreta vtili ad portandum sub almetto. Cap.cxvij.

¶ Quicunqꝫ in equestri certamine verebitur ne ictibus magnis claua percutiatur:bonum est sub almetto vnam cassidem subtilissimam imittat:ꝛ ꝗ sit temperata ꝛ ad quācunqꝫ partem duplicetur:ꝛ non rumpa tur neqꝫ dimittat de facili seipsam transire:ꝛ hoc modo q̄uis almettus rumpatur cassis hec non permit tet nos ictum in capite sentire. Sed intelligitur inferius aliquam fodram:siue pānum esse:ꝛ similiter inter vnam armaturam:ꝛ aliam pariterqꝫ ad faciendam resistentiam multo maiorem: ꝛ quod homo voluat: euenire debet almettus ad incassandum vel coniungendum se cum vno collari ferreo collum circūdante: Similiter apprehensus a thorace est per anteriorem:ꝛ posteriorem partem: ꝛ superius aliquātuluꝫ de or do reuoluto habet:sicut canale factum. Almettus quoqꝫ alium similem inferius continet:ꝛ sic collare:ꝛ al mettus veniunt ad coniungendum se:ꝛ locum habent eundi circumcirca causa illorū canalium:tamen vn[9] clauus imponitur in quocunqꝫ latere ne caput voluatur plusq̄ solemus ipsum absqꝫ aliquo detrimento

diuoluere:ꝛ taliter etiam cum paruula bauera euolui potest.

De baueria seu armatura que ante collum:ꝛ barbam adaptari solent. Cap.cxviij.

Cum armis:que deferri solent baueria siue barbutium frustum vel pars:fastidium prebet plus ceteris alijs armis spaciosaqꝫ eē debet:ꝛ duas fenestras habere in inferiori parte barbutij:vt pectus ꝛ manus nostras:atqꝫ equi sellam respicere possimus.Sed necesse est quod in barbutio ipsius almetti eedem fenestellesint:ꝛ spaciosum ante mentum veniat.Si vero galea vel almettus grauis armature erit easdem quoqꝫ fenestras habere debet sub puncta barbutij:ꝛ superius aliqua parua foramina:ꝛ quod fenestelle compaginent se in eodem directo cum alijs de barbutio quod superius ponetur:quoniam maximum impedimentum de barbutio:ꝛ viseria est ex causa anbelitus:non enim possumus ita durare nec nostrasmet personas cernere:ꝛ cum his fenestellis potius videre atqꝫ anbelitum substinere possumus:in quo nullum periculuꝫ occurrere potest: qꝛ fenestruscule directe inferius vadunt:ita qꝺ nulla arma venire possit ad feriendum ꝑ illud directum:ꝛ videmus quomodo arma nostra ire debeat:ꝛ quod maxima est vtilitas:continuuꝫ aerē recentem per has fenestellas recipimus.Et similiter armam aduersarij videmus:ꝛ ex posteriori parte almetti supra collum decet optimam malliolam ferream siue loricam babere:ꝛ quod inferius colligata sit taliter quod non possit collum detegere:ꝛ custodia ferrea seu rotella portanda est vbi plures iunctim prelantur. Chirothece causa ictuum clauarum debent eē in manibus subleuate eo quod subtus poni possit aliquis pannus ne ferrum manus comprimat:ꝛ custodia quoqꝫ supra cubitus:ꝛ scapularia que spallacei vulgariter dicuntur non debent supra humeros sedere.Sed quod nimium subleuate sint ne super ipsis sedeant:propterea quod claua non posset admodū cum ictibus tuis tormentari ipsosqꝫ colligare debemꝰ cum clauis:atqꝫ corrigijs ne lambe separari queant. Almettus vel cassis siue galea spaciosa esse debet:ꝛ in altum fugere:ꝛ ferrum in summitate capitis non tangere:ꝛ lorica que per fimbriā galee venit duplicata esse debet.Quoniam sepenumero vna sola q̄uis fortis sit cito penetratur precipue ī posteriori parte que dum homo declinat inter collum ꝛ tergus inermis restat : ita quod ibi prouidendum est de longa malliola ꝛ duplicata.

De vna baueria siue barbutio ad leuiter armandum. Cap.cxix.

Ad armandum cum armis leuibus vnum barbutium fieri debet quod veniat ad colligandum se cum collari de lambis sicuti iam superius diximus agendo de almetto:ꝛ ad posteriorem partem decet qꝺ vna sola lamba stricta veniat veluti vnus digitus qui per collarinum inferius manens decurrat qꝛ aliter nō posset barbutium bene circūdari nec longiusꝰ esse debet extra illam lambusculam:q̄ꝫ alia barbutia esse solent.

De Galea. Cap.cxx

Galea siquidem lato modo esse debet taliter quod sub ipsa barbutium ingredi possit: ꝛ ipsum barbutium quandam corrigiam teneat vt veniat se illigatum in vno clauo:qui sub barbutio positus.Hoc modo barbutium cum capite ꝛ galea circumcirca voluetur:ꝛ collarinus curtus ac spaciosus eē debet: ꝛ cum duabus fenestris:ꝛ quod in thorace alligetur anterius:ac posterius:ꝛ sic tutius est:q̄ꝫ lorica:quoniaꝫ nullibi sauciari potest. Galea aliquātulum de ferreis malliolis habere debet:ꝛ quod in posteriori parte suta sit : vt collam tegat. Barbutium quoqꝫ cum fenestellis fieri potest:quādoquidem circumcirca ire potest. Sed non est ita securum neqꝫ bonum q̄ꝫ si collarinum haberet.

De armatura brachij. Cap.cxxi.

Circa armaturas brachij magna est perspicacia vel animaduertentia in humeris presertim sub brachijs:vel axillis:nāqꝫ ictus clauarum sepissime super humeros ad feriendum veniunt: ꝛ cuspides stochorum seu ensium ad axillas.

¶ De spaldatijs siue scapulatijs. Cap.cxxij.

¶ Armature seu scapulatia que super humeris ꝛ scapulis veniunt quãdoqꝫ in thorace versus spinas tergi collocãde sunt: Sed non quemadmodum vniuersaliter vtuntur ꝙ totas scapulas cooperiãt: ꝛ ibi vnuꝫ super alio ponetur: ꝛ etiã continuo simul obuiãt: ꝛ impediuntur taliter quod pondus absqꝫ vtilitate cõprobatur. Si vero de lãbis paruulis est facilius tractatur. ꝛ per superiorem partem scapulatij quoddam spiculum forte per dimidium petunt. ¶ Alemani sat bene his spilatijs vtuntur nisi quod posterius nimium lata sunt: ꝛ anterius non bene cooperta. ¶ Habenda est quedam lunetta de lambis paruulis: que axillaꝫ cooperiat ꝛ bene cum corrigijs sint humeris illigate: ꝛ veniãt ad cooperiendum sub brachijs: ꝛ taliter lãbe posite recolligi ac porrigi queant: ꝛ hoc non est impedimentum brachio: neqꝫ in currendo aut infligẽdo lanceam: ꝛ vbi arma alba non attingunt tegendum est de optima lorica. ¶ Arma vero leuia ex omnibus partibus fortitudine indigent causa q̃ sagitte ꝛ queuis alia aduersitas ab vno quoqꝫ latere euenire solet.

¶ De manupla seu manutheca ferrea. Cap.cxxiij.

¶ Manupla sufficienter lata facienda est ne impedimentũ digitis prebeat: presertim digito indici neqꝫ dem arme quam in manu tenemus: ꝛ in parte lacerti quedã concauitas fieri debet ac mãuthecã. nãqꝫ ibi mãipulus ensis quiescit. Si enim ibi est rotunda: ꝛ longa manutheca manipulus non potest bene firmari ꝛ ideo laboriosum est ad tenendum ensem in manu: ꝛ per illã partem mãuthece: tum etiam super digito indice parum de malliolis ferreis imittendum est: vt manum a punctis tuetur: ac defendat inter pollicem: ꝛ indicem aliqu ãtulo scisa ipsa manica eo quod ibi ensis incassari potest.

¶ De sinistra manupla. Cap.cxxiiij.

¶ Sinistra manupla per palmam manus aliquas listas malliolas exposcit vt telum alterius dum tempus est apprehendere queat: ꝛ in eo instanti cum dextra contra aduersarium inire debemus cum maximis ac spissis ictibus. Et chirothece huiusmodi factionem exposcunt: vt cum lorica ad cooperiẽdum super pugno veniant in locum a quo manipulus ensis exit. Illic enim sepenumero homines cum punctis feriuntur. Jcirco in quacunqꝫ arma offensibili dum vnus cum alio certare voluerit: ꝛ quod grauiter sint armati applicanda est quedam rotellulcula in cruce ensis siue stocchi quãdoquidẽ a punctis manu excussis nos defendunt. ¶ Manutheca tutior reperitur: aut potius iuuans de lambis: ꝛ vult esse adeo longa ex his lambis quod desuper manipulo ensis redeat ad tangendum lacertum brachij intelligitur de digito nostro cuꝫ longa manutheca: ꝛ quod ipsa simul cum manu aperiatur: atqꝫ claudatur: ꝛ talis malliola: aut lambe paruule vndiqꝫ manum tutãtur vel assecurant.

¶ De modo colligãdi vnam peciam siue frustum armorum cum alio. Cap.cxxv.

¶ Ubi vnum frustum armorum cum alio alligatur vltra clauos qui ibi ponuntur: oportet etiam aliquas fortes corrigias applicare: non tantum ex illis que cum clauis affigi solent. Uerumetiam quod transeant per foramina ad substinendum vnam partem seu frustum cum alio. Hec autem illigatio exoluta est: ꝛ nõ rumpitur: ꝛ arma semper simul conseruat: ꝛ claui longe aliter se habent: quia donec perdurant fortiter retinent. Quũ autem ipsum aliquo ictu cum claua percutimus quodcunqꝫ frustum diuisum saltat: quod vtiqꝫ experientia in certaminibus patet: nam paucis ictibus in pluribus partibus preliantis inermes manent: ꝛ huiuscemodi corrigie magis necessarie sunt in scapulatijs ꝛ chirothecis q̃ꝫ in aliquo alio loco: his enim locis plures ictus claua vel conto recipimus.

¶ De fimbria lorice: que naticas: ꝛ crura tegit: quam nos iuxta vulgare idioma faldam appellamus: ꝛ de gocetis supra humeros: atqꝫ musculos aduenientibus. Cap.cxxvi.

¶ Falda q̄ sub fimbria thoracis: ⁊ brachiorum gocetis ponitur: nō oportet qd̄ tāte magnitudinis sit vt cōiter vtuntur eo quod multū ponderis: ⁊ paucā ac fere nullam vtilitatē afferunt gocetis: siue manice malliole ferree sufficit quod intus in thorace per vnam manum: vel circa cum alucis alligentur: ⁊ goceti quoqꝫ breues ⁊ satis stricti: atqꝫ illigati in loco ad quem attingunt taliter quod exoluti maneant: ⁊ superius redire nequeant ne brachium fortasse discooperiatur. Si vero integrum frustū de lāba est in brachio non decet loricam habere preterq̄ꝫ vbi frustum de lāba non attingit ad cooperienduꝫ: ⁊ si brachialectos ferreos albos non habemus lorica vsqꝫ ad manum attingere debet: ⁊ ibi manica stricta: ac lata sit in axilla. vt alie fortes lunette possint sub istis manicis: ⁊ in ipsis sutis manere.

¶ De factione falde siue fimbrie lorice: vel malliole ferree. Cap. cxxvij.

¶ Faldam non oportet esse magnā: ⁊ tutior ē dum thoraci applicata vel suta: nāqꝫ isto modo licet homo decliner lumbi eius cooperti remanent: Quod non fit si succincta fuerit: ⁊ per interiorem parteꝫ ipsius falde aliud frustum lorice forte applicandum est vt lumbus naticas contineat: ⁊ ꝙ per infra aut dimidiuꝫ tibiarum transeat inguines tegendo: ⁊ vsqꝫ ad vmbilicum per anteriorē partem attingat: ⁊ ibi cum alutis alligādum est: ⁊ hec falda siue bracha inferiores partes tegit. nec vllum impedimentum affert. Qm̄ alia falda: sepe subleuatur quāobrem male tuta efficitur. Theotonici valde vtuntur his brachis: que parum ponderant ⁊ vtiles sunt.

¶ De altera leui armatura ad decertādum. Cap. cxxviij.

¶ Ad decertādum leuiter armati tāto quod sufficienter firmus sit thorax in qua resta ponitur in alijs locis non oportet ꝙ grossa sit: ⁊ resta in qua lācea ire solet duplicari queat. ¶ Chirothece super manibus ꝑpter ictus clauarum alte euenire debent. ¶ Custodie cubitorum eleuate sunt agende similiter scapulatium in altitudine super humeris ne cum ictibus detrimentum in eis inferat quatenus iam superius explicauimus: ⁊ quod in parte posteriori non sint adeo pauperes seu breues: vt vno ictu scapulam siue brachium detegāt. ¶ Et sub brachio in axillis lunette taliter faciēde sunt quod sint thoraci alligate aut veniāt i axillis armature lābee qd̄ recolligat̄ ⁊ extēdat̄. Taliter ēt scapulatia fieri possunt cū toto brachiali vsqꝫ ad manū ⁊ qd̄ p cubitū fenestelle sint: vt brachiū circūcirca reuoluat̄. Hec vero brachialia nimiū grauia: atqꝫ inagilia sunt. Quocirca meli⁹ est illas paucas lābas super brachio poni: vt porrigi ac recolligi possint. ¶ Alia loca in quibus aliquid est discoopertum semper cum optima malliola ferrea sunt tegēda veluti ante cubitum: ⁊ sub naticis atqꝫ inguinibus. Almettus vero spaciosus esse debet: ⁊ qd̄ in altū fugiat ac p totū circūcirca cerā positā ne ictus sentiant̄ neqꝫ rumorē faciāt in capite spacio qd̄ inest ex visera vsqꝫ ad barbā: aut vero puncta ipsius viserie parūper sup rotūdo faciēda ē fodra almetti maxime ad iustrādū debet esse bene scissa vel incauata supra aures: eo qd̄ libere maneāt ad audiēdū: ⁊ ob hāc causaꝫ fodra nō debet ipsas tāger̄. ¶ Pro p̄rio ictu solēt arma vario modo facta portari veluti clypeus siue scutum: ⁊ rote quādoqꝫ succincte in persona: ⁊ aliquādo in anteriori arzone illigare tali modo: ꝙ possit ipsas dimittere vt cadant trāseunte primo incōtro. Et incontrum dicimus eo quod vnus contra alium ad obuiādum venit. De huiuscemodi vero armis indies alia plura innouātur. ¶ Si equestres pugnam inimus presertim vnus solus cum alio in armandis equis maximopere est aduertendum dūmodo pactio sit quod equi occidi possint: ⁊ causa obuiationis potius in anteriori parte armandi sunt. Et ibi super ferrea testera quam equus in frōte portat bonum est aliam leuissimam ac paruulam applicare: que cum incontro facillime dirui potest: ⁊ i occipitio seu nucca capitis equi vna rotuscula ferrea sit que voluatur propter ictus clauarum: ⁊ in collo ad partem sinistram alique lambe seu frusta ferrea: que faciliter cum incontro leuentur: qui enim equum aduersarij sauciare volet ipsum cum lancea ex auricula ad scapulam designat: ⁊ adhuc ferme prope auriculaꝫ nāqꝫ i aliqua pte colli cuspis lācee sortiri pōt: vel ante scapulā: vel ifra sellā seu in cōcauitate p quā tibie hominis vadāt: ⁊ illa pars in qua crura nostra manēt cōmuniter inermis restat: qd̄ vtiqꝫ maximū esset periculum. Iccirco in parte illa cum stoccho: vel alio mucrone ictus ꝓijciendus est: ⁊ sic cū lorica plures par

tes equi armande sunt maxime inferiores licet hoc magis appropriétur ad eundũ inter pedestres. ¶ Si quisquã vult arma leuia ac tuta: agere oportet oĩno ferrũ siue calibẽ optimum assumere. ¶ In spruco germanie ciuitate optimũ ferrum: ⁊ calibs inuenitur. Ideo illic magistri dant ad experiendum arma cũ balistis: ⁊ vulgariter dicitur ꝙ talis temperies causetur ꝓpter vnã aquã per loca illa trãseuntẽ. Sed in rei veritate cum quacunqꝫ aqua frigida temperãt: ⁊ visa bonitate illius ferri aliqui experiri voluerunt ad faciendum thoracẽ resistentem sclopetis: que species bombardaꝝ paruula est: ⁊ re ipsa compertũ: Nihilomĩꝰ oportet ponere cultrã bombiceã ⁊ telã nimium sutam super thoracẽ. Dũqꝫ madefit fortior redditur: licet talis armatura grauis sit secundum quod alemani deferre solent: non autem secundum quod itali aut galli: ⁊ hec armatura per omnes partes fortis esse debet. ¶ Nunc vero in italia fere adeo bona arma fiunt sicut ⁊ in spruco: Quãquã ars nuper ex germania ortum habuerit: ⁊ postqꝫ de natura bona ⁊ optime apparata fuerint manus secretum consistit in contundẽdo nimiũ arma quando iam frigida sunt: ⁊ quod forte temperamen prebeant: tamen quod non rumpantur: sed maneant tanqꝫ aliquod ferrũ sagitte teli: ⁊ horum similium: que neqꝫ rumpuntur: neqꝫ duplicantur. ¶ In tempore quo ego cõponebam hoc opus. dux Sigismundus de austria: Galeacius de sancto seuerino: ⁊ Clandius de voldre natione burgũdius nimiũ in inquirendis diuersis generibus armorum negociabanť: ante ipsos vero fere omnes armigeri vno ⁊ eodem modo armabantur presertim de armis indutiuis: hi tres illustres viri multa noua arma inuenerunt tã pedestribus: quam equestribus attinentia: ⁊ non tantũ diuersa imo vtilima. ¶ Et qꝛ parum post galli ingressi sunt Italiã ad debellandum regnum Neapolis: ⁊ ducatum Mediolani. ad hanc debellationem plures germani: ⁊ hyspani concurrerunt: taliter quod iam in diebus istis arma diuersa fiunt: atqꝫ optima: prius enim arma defensibilia in spruco facta tãtum fortissima erant cã temperationis: ⁊ qꝛ pcutiebãt ipsam nimium super frigidum dum iã formã ceperãt: nunc vero hoc ⁊ illud in pluribus locis scitur. Inuẽtores tamen istius bonitatis dux Sigismundus fuit primus: ⁊ secundus Galeacius de sancto seuerino.

¶ De brachiera vel modo iaculãdi vniuersaliter assumpto. Cap. cxxix.

¶ Brachiera hyspano idiomate pro quocunqꝫ genere proijciendi cum brachio intelligitur: ⁊ brachieria ⁊ brazear vocamus dum in actu iaculamur: ⁊ in modo iaculandi pauca est differẽtia ex vno telo ad aliud. Sed qui sine ratione aut arte operatur in qualibet specie proijciendi tanquã nouus reperitur ⁊ in iaculatione principalius cauendum ne in sinistro latere pendeamus dum volumus expellere telum: lapidẽ: aut aliã armã: ⁊ magna volta fienda est per latus dextrum in parte posteriori: ⁊ anterius exire oportet recto tramite: ⁊ neqꝫ caput: neqꝫ brachium ĩ sinistra parte declinãduꝫ ne mala consuetudo assumatur: ⁊ ex hoc sup dextero latere parumper pendere debet. Ideo quotiescunqꝫ bene proijcimus aliquam fatigam in dextero latere sentimus: ⁊ quando arma in sinistrum voluitur parum potest ire telum quod nos dardum nuncupamus: ⁊ lãcea semper alta ire debet. Unde oportet quod brachium in puncto expeditionis altum restet quanto possibilius erit: atqꝫ dissolutissime expediatur. ¶ Quelibet arma quum expellitur petit quod brachium sursum tendat preter vectem ferreum qui magis infimus: ⁊ iuxta latus ire debet ferme eodem modo quo pilam abstrahimus dum ipsa ludimus: ⁊ tamen in proijciendo extollendum est brachium: atqꝫ arma ab ipso excussa.

¶ De lapide volatili seu missili. Cap. cxxx

¶ Lapis volatilis quem nos volanderam appellamus: indiget quod brachium extensuꝫ vadat: attamẽ satis demissum: tũ ẽt quod dexteꝝ latus declinet ne sinat lapidem in sinistrã partem dirigi.

¶ De telo quod vulgariter dardum nominamus. Cap. cxxxi.

¶ Dardum non debet ita in altũ ire sicut lãcea quãquam potius in altum sit iaculandum: qꝫ paruus lapis: Sꝫ brachiũ oportet nimiũ excuti: ⁊ directe remãere: ⁊ ðbẽt ire sub hasta digiti pulli: ⁊ alter ꝓpiquꝰ ð corde vocať queãdmodũ ĩ lãcea fit: vel ĩ alijs armis iaculãdi: alij duo digiti debẽt abiẽtum siue alutã ad

proijciendum tenere simul cum pollice: et potissimū maiusqȝ secretū ad telū iaculandum consistit in hoc qđ dum a manu ipsuȝ expellere volumus oēs quinqȝ digiti fixi remaneant scilicet quod nō aperiantur dilatē tur nequidem extollantur et brachium nullo pacto plicetur. Sed quanto poterit directum maneat: et hoc modo semper telum bene iacitur: et pariter quelibet alia arma apta ad proijciendum exquirit vt semper fixos digitos teneamus.

¶ De lancea Cap.cxxxij

¶ Lāceam fere directam super humero iaculari debemus q̄uis super dextro latere sit paululū declināda: et duobus digitis videlicet pollice: atqȝ indice astringenda: Alij vero digiti leuiter debent apprehēdere: et ad preseruandum armam attendere.

¶ De principali fundamento ad iaculandum lanceam: telum: et vectem. Cap.cxxxiij.

¶ Potissimum fundamentum iaculandi lanceam: telum: ac vectem: paucis verbis explicabitur: q̄uis alibi in quoquomodo aliter scripserimus. ¶ Ut pulchrum videatur et quod homo dissoluatur ginetta: seu lācea apta ad iaculandū postulat: vt cū furia maxima ad signum deueniamus i quo pedes firmaturi sum⁹: et recte curramus neqȝ ad dexterā: neqȝ ad sinistrā deuiantes. At vero videndum est: quod pes dexter non remaneat nimiuȝ post sinistrum: nisi equalis inquantum pōt super latus dextrum deuiatum: et tunc nō permittit quod brachium supra caput ad sinistram partem voluatur: Qđ pessimum est in modo proijciendi et etiam hoc agit quod totā vim in manu brachio: alijsqȝ necessarijs siue oportunis locis ponamus: nō debemus attendere ad exeundum cum arma nisi ad manendum erecti: et parumper super brachio dextro: et tamen qđ ipsum latus subleuatuȝ quātum pōt maneat: et fortiter anterius sinistrum pedem affirmemus. Uerū etenim propter impetū quem ducimus dū ad signū currimus decet qđ post lanceā aliquando exeamus. Sed ad firmādū sinistrū pedē veluti iam exposuimus cum pauca furia extra signū exit. Hic autem aduertendū est qđ pes dexter cū parte supiori siue impegne verrēdo per terrā vadat: et nō obseruādo hāc regulā nemo potest esse bonus iaculator de lancea: telo: neqdem de paruo lapide seu volatili: et vectis vult qđ fere vnus pes ita anterius sicut alter maneat: et similiter lapis grossus quē hyspano idiomate schinam vocamus. ¶ Etiā i lancea aiaduertēdum ē: qđ pes dexter fere tantū anterius vadat: quātū et sinister: ac deuiatus: quāto poterit ꝑ euitando: ne brachiū supra caput vadat: sed super latere⁹ deuietur: et hec ē cā qđ multi bene equestres iaculanť: pedestres vero paꝝ: quippe qđ equitādo equales pedes ducunt ita qđ nullū hñt locū subleuādi brachiū: supra caput qđ vtiqȝ i magnū et in cōem errorē inter illos: q̄ iaculanť existimo.

¶ Quomodo lanceam iaculari debent illi q paucā vim in manibus habent. Cap.cxxxiiij.

¶ Qui paucā vim in manibus possident perutile est mittere lāceā in dimidio duorū digitorū lōgiorum: et sic maius robur in manu applicari potest. Sed melius est: vt cōiter lācea accipitur: qđ digitus paruulus: et alius siue vicinus sub hasta maneāt: et qđ lācea bene intra manum ingrediatur taliter qđ cum grossioribus articulis digitoꝝ apprehendatur: et digitus pollex super hastā trāseat quātum potest semper se i altrū: vel ad posteriorē partē haste dirigēdo: et hoc paucā vim in manu habētib⁹ attinet pariter: et oībus dummodo cū ligno duro iaculemur. Sed ꝓijciēdo cum lācea tenera cōpetit parū esse in manu positā quoniā cum punctis digitorū preseruare: vel guidare debet leuiter ipsam in altitudinem eijciendo: et solū sunt astringendi pollex: et index dū aliquā hastā iaculamur precipue in eo instāti quo ipsam a manu expellimus.

¶ De lapide grosso: qui ab hyspāis schina vocatur. Cap.cxxxv.

¶ Lapis grossus siue schina super humeris iaciť: et decet quod super dextero latere maximā voltā pbeamus: et brachiū in sublimi dimittamus: quūqȝ a māu lapis exit non debemus post ipsum ire: et super genua inclinare nos oportet ac parūper in sinistrā partem ne retro schinā exeamus.

¶ De stipula siue baculo qui ab hyspanis variglia nominatur. Cap.cxxxvi.

¶ Baculus seu stipula sub brachio proijcienda est quemadmodum paruus lapis: et quod digiti fortiter astringantur excutiendo totum brachium presertim digitos: et semper pollex et index firmiter maneant.

¶ De modo iaculandi lanceam dum equestres sumus. Cap. cxxxvij.

¶ Ad iaculandum lanceam dum equestres sumus crura nostra fortiter astringenda sunt: et magnum girum facere oportet: et postmodum in tempore expulsionis teli siue haste erecto modo super stapha manendum est: et quod non eamus in sinistrum latus neqz in collum equi nisi quod fere super arzone anteriori directi maneamus: nam si ad posteriorem rediremus paucam vim ponere possumus: et ad collum eundo inferius lancea reprimitur.

¶ Quo staffe manere debent ad iaculandum lanceā dū equestres sumus. Cap.cxxxviij.

¶ Ad iaculandum dum equestres sumus staffe fere equales in longitudine esse debent: et quod staffa sinistra ante cingulam vadat sinistrum autem retro causa firmandi super sinistro pede vt de modo proijciendi pedester iam exposuimus: licet defatigetur ad eundum super anteriori arzone dum lanceaz iaculari volumus causa quod tibia sinistra nos retinet. Sed agit quod omnes vires nostras imittamus: et vlterius nō concedit nos diuertere ad sinistrum latus quod esset pluries si staffa sinistra longior q̄ dextera esset.

¶ Quo pacto sella in equo ad proijciendū ordinanda sit. Cap. cxxxix.

¶ Sella ad proijciendum super equo aliquātulo anterius vult pendere: aut vero quod directa maneat: et spaciosa sit: que et altos arzones petit: ¶ Facilius est ad nos subleuandum proijcere volentes dum anterius pendet. Sed si vires: atqz animus nobis sufficiunt vt super posteriori arzone vel groppa equi reuoluamur et postmodum ad expediendū in arzonem anteriorem nos erigamus: melius erit q̄ sella directa vel equalis super equo assistat: At dum anterius pendet facilius homo subleuatur: attamen aliquātulo minus proijcit. ¶ Ad iaciendum cum funda brachium valde extensum eē debet. Sed etiam funda brachiū destruit ad alias res proijciendas.

¶ Remedium contra dolores brachij dum ex causa iaculandi dolet. Cap.cxl.

¶ Plura inueniuntur: que aliquod remedium prestant brachio dum causa iaculationis dolet. Raro tamen precaueri potest: Si ipsum non finimus multo tempore acquiescere: Sed ex continuatione medicina vtilior videtur parui impedimenti vt manum in aliquo loco affirmemus: et totuz corpus super brachio per directum ponamus: Et hoc quanto citius fit tanto vtilius quum ictum finimus. Preterea assidue brachium calidis pannis fricando: et cum aqua vite diluendo dolor aufertur: et lassitudo abijcitur: et hoc modo brachium sustinet ita quod sepius proijcere possumus: ¶ Sed multo melius vngendo brachium cuz adipe hircino: ceruino: arietino: aut bouino: ex hoc enim valde confortantur omnes nerui eo magis quādo dolor per aliquem ictum: aut frigiditatem euenit: et hoc remedium contra quācunqz lassitudinez membrorum adiuuat precipue contra debilitatem et frigiditatem neruorum: et sic qui tali vnctione vti volet nunq̄ causa iaculationis dolorem in brachio habebit.

¶ Documentum in leuitate. Cap.cxli.

¶ Omnes artes leuitatis in vno precipuo conformantur hoc est q̄ semper in actibus leuitatum mēbra nostra subleuemus imittendo vim nostrā in humeris: et pectore: quūqz operari incipimus velociter agendū est sicut et in alijs rebus: et quod cogitemus quo ire volebamus q̄uis attingere non possemus: Maius

enim periculum ẽ velle redire postq̃ incipimus nostrum primũ intentũ non assequi.

¶ Quatenus volte siue giri in equo fieri debeant. Cap.cxlij.

¶ Euolutiones super equo semper ita in altũ venire debent sicut brachiũ nostrũ longũ erit. Quippe qd aliter magni giri fieri nequeũt: nec aspectui placidi erũt: ꝛ totũ corpus recollectuꝫ ire debet etiam qd super brachio sinistro equaliter siue in dextro ponatur: ꝛ tibie adeo alte: vt caput in girũ vadant. ¶ In voltis ponendo nos supra sellaꝫ cũ pedibus pomata peregrina remontata: ꝛ maura continent viã ex omnibus voltis. Ideoqꝫ ad substinendam leuitatẽ sufficit quod has voltas: vel giros interdum faciamus. De nominibus vero istarum voltarum in locis suis aliquid explicabimus.

¶ De euolutionibus que super equo vel sella cõiter fieri solẽt. Cap.cxliij.

¶ De voltis que super equo fieri solent nonnullas maiores hic edicere decreuimus: tũ ꝛ ea q̃ visui meliora apparent: Quoniã aũt hic in circulationibus nos vulgaribus nominibus vtemur paucas expositiones adducemus. Plura eniꝫ ex ijs potius ad beneplacitũ q̃ ad conformitatẽ dicta sunt. Attamẽ aliqua sunt que ab auctorũ cognominibus nomina assumũt: ꝛ nos quoqꝫ alia plura huiuscemodi nomina posuimus. Tãdeꝫ ad intelligẽdas voltas decet qd tripudiare: vel girare super sella sciamus. Quod hyspano idiomate voltear e dicitur: ꝛ volta girꝰ latino sermone dici posset vel concedi. Dicimus enim voluo euoluo: ꝛ reuoluo atqꝫ similia verba.

¶ Initio voltaꝝ de arzone anteriori cũ manu sinistra apprehendendũ est: ꝛ quod super sella cũ pedibus hereamus corpus eodem instanti in altum erigendo.

¶ Trãsacta accipiendo ex anteriori arzone: ꝛ ad aliud latꝰ equi trãsmigrare: ꝛ qd corpꝰ sellã nõ tãgat.

¶ Dimidia pomata ꝺ posteriori arzone cum manu sinistra: ꝛ dextera super groppa equi veniat: ꝛ quod equitatum in sellam eamus.

¶ Dimidia mamia quam alij rotatam vocant accipiendo ex posteriori arzone: ꝛ quod super sella versus groppam equitemus.

¶ Baldassina ab auctore baldassino denominata eiusdem volte cum dimidia mamia est nisi quod econuerso per dexteram partem equi fit.

¶ Tota pomata apprehendendo cum manu sinistra: ꝛ qd veniamus ad equitandum in sella cum ambabus tibijs ad vnum latus quemadmodum mulieres super equo sedere solent.

¶ Volta staffilis cum vna manu: ꝛ ambabus assumendo cum manu sinistra ex staffili: ꝛ altera manus super arzone posteriori tangat: ꝛ corpus nostrũ super sellã girũ faciat: ꝛ ad terrã redeat vbi prius eramꝰ.

¶ Tornus vel girus de quocunque arzone anteriori scilicet: ꝛ posteriori ꝙ super sella eamus rursus ad terram cum volta redeundo.

¶ Volta de crinibus dicitur dum manus sinistra circa dimidium colli equi per paucos crines apprehendat: ꝛ altera manus dimidiũ selle tangat: ꝛ corpus cũ giro super anteriori arzone ad terram veniat.

¶ Volta de pugno nominatur dum pugnum super cooperta selle in latus ponimus: ꝛ non accipiẽdo aliquid cum manu quod girum faciamus qui vulgariter tornus nuncupatur.

¶ Altam staffe vocamus dum staffa inferior aluo equi venit: ꝛ mittendo intus in ipsa sinistram manuꝫ girum vel tornum faciamus.

¶ Volta de aluta fit dum vnus equester super sella manet: ꝛ alter per alutaꝫ suarũ calligaꝝ assumit: ꝛ cũ dextera manu super brachio equitantis tãgit: ꝛ giꝝ super humero equitantis agit in terraꝫ reuertẽdo.

¶ Peregrina agitur transeundo vltra dimidiam mamiam: ꝛ ꝙ non tangendo sellam nisi manibus tantum totum corpus cum giro in dexteram partem equi vadat cum pedibus in terrã.

¶ Tota mamia initio ire debet sicuti in peregrina continetꝰ: ꝛ equitatũ cũ sinistris tibijs redire: ꝛ quod visus in anteriori parte remaneat. ¶ In italia itideꝫ alio modo totam mamiam vocant: Que tamen volta satis parua est: quoniam de duobus ictibus vel temporibus fit: ꝛ hec est faciendo dimidiam mamiam ꝙ genu sinistrũ super collo equi veniat: ꝛ pes ad sinistram partẽ transeat: ꝛ tũc volteator facillime redire po

test ad equitandum cum pede dextero in sella cum facie ad anteriorem partez: Qui vero agit remontatā de arzone anteriori: ac posteriori absqꝫ quod tangat collum equi: ⁊ cum torno postquam transit in sellam aut in groppam redit ad equitandum facillime hanc mamiam quam diximus agere potest.

¶ Dimidia mora appellaꝰ trāseūdo vltra totā pōatā: ⁊ qꝺ cū tibia sinistra i posteriori pte caballi eqte mꝰ. ¶ Et dimidia mora ac tota mora cā Ludouici sphortie Mediolani ducis ita nūcupaꝰ. Ipse enim maurus cognominatus est.

¶ Tota mora per eandem viam vt dimidia mora vadit: nihilominus ambabus tibijs in sinistra parte equi ad sedendum transmigrat.

¶ Legiera siue leuis simili modo quo dimidia mamia fit nisi qꝺ oportet corpus adeo in altum tendere quod pedes super sella ponantur: ⁊ tunc homo in altum erigatur.

¶ Galeacia respectu Galeacij sanseuerinatis aut simul cum ipso facta: ⁊ ita nucupata: tanquam dimidia mamia duplicata est ꝙ bis circūcirca vadat anteqꝫ sella tangatur: preterqꝫ manibus nequidem firmeꝰ: ⁊ posterius cum facie equitetur.

¶ Volta ꝺ medina a medina auctore fcā ē accipiēdo staffile cū sola manu dextra: ⁊ quod fiat volta in reuersum fere quēadmodū saltus sclauonescus: ⁊ periculosus fit nisi qꝺ homo vadit supra sellam: ⁊ cuz giro in terram reuertitur: tametsi non totaliter super sellam transeat nisi pedes duntaxat aut tibie.

¶ Cimata agiꝰ apprehēdēdo per posteriorē arzonē: ⁊ ꝙ pedes ꝑ eundē in sellā igrediantꝰ: atqꝫ erecti illic maneamus cum facie erga anteriorem partem.

¶ Volta capriola vocatur de eadem apprehensione veluti cimata: ⁊ quod in dexteram partem equi transeamus: ⁊ deinceps pedes supra sellam ponantur: aut inferius deueniamus ac si totam pomatam age remus nisi quod tota persona erecta debet prosequi.

¶ Alique volte damicelle siue dela dama fiunt dum homo assistit in groppa equi quemadmodum dimidia pomata: ⁊ passa volta: que est vt transire pedes per dimidium selle in alterum latus: ⁊ quod ad totam pomatam sessurus regrediatur. Etiam de hac apprehensione equitare: ⁊ transire per dimidum selle ad alteram partem vtuntur: Sed hoc facile est.

¶ Groppata per dexteram partem equi apprehenditur: ⁊ ꝙ corpus supra sellam cum giro veniat: ⁊ cuz pedibus super groppa mittatur.

¶ Arzonata ꝙ firmiter manendo: aut per transuersum currendo veniamus manibus apprehenditur in ambobus arzonibus: ⁊ in alia parte per dimidium saltatur.

¶ Volta remontata de quocūqꝫ arzone aut staffili venire debet veluti dū tornū a veniēdo ex terra ageꝰ volumus. Sed altius ac magis super sella corpus ire debet: vt locū habeamus dū trāsimus totū equum ꝙ iterū equitare valeamus: Dū vero de anteriori arzone: aut staffili accipimꝰ i sella equitādū ē cū visu in anteriori parte: ⁊ de arzone posteriori assumendo in groppam redire debemus hoc autē facilius agitur.

¶ Montesina vocatur dū per viā remontatā venimus: ⁊ ad alterā ptē equi trāsimus: ⁊ qꝺ non tangaꝰ sella: nisi cū manibus. ¶ Hec aūt volta mihi difficilis erat: nescio tamen pro alijs leuioribus qualis fuisset si forte ipsam fecissent. Cū cursu sella duabus manibus apprehendiꝰ: ⁊ veniendo per posteriorem ptē equi sellaz super equo ponamus eodē instāti pedibus supra ipsam saltādo altera vero ꝙ veniat currēdo: ⁊ mittaꝰ vna manus tātū desuper groppaz pedibus super sellā saliēdo. nā parua ē volta cū ambabus manibus.

¶ Sclauonesca aut ꝙ de collo vocetur fit dum vnus in sella manet: ⁊ alter currendo venit ac simul manus: ⁊ caput super groppa mittat: ⁊ quod eius tibie supra humeros equitantis vadāt: ⁊ alter ipsas capiat: ⁊ tunc super collo manentis in sella alter sedet.

¶ Volta humeri fit veniendo in cursu quod cito pedes: ⁊ manus super groppa ponantur pariterqꝫ super humeris equitantis in eo instanti absqꝫ interuallo pedibus: ac manibus saltemus simul nos erigentes ⁊ ad terram saltantes: nec decet inniti in humeris alterius nequidē in pte posteriori cū pedibus nostris nisi quod in altitudinem ire conemur vt saltare possimus: ⁊ non defatigemus manentem in sella.

¶ De quibusdam voltis que fieri solent dum equus currit. Cap. cxliiij.

¶ Dū equestres currimus aliquibus voltis vtimur. Sed hic de fortioribus siue maioribus tātum dice

mus:ꝛ volte tales sunt quod homo in sella cũ pedibus ponaẜ ac directe maneat currente equo:ꝛ ad hoc valde directus homo ipse manere debet ne alicubi pendeat genua retro astringendo quãtũ poterit:ꝛ qꝺ manus habenas habeat ipsas suauiter attrahendo semperqꝫ vno modo absqꝫ interuallo. ¶ Et quum equum firmare voluerit tibias aperiat:ꝛ in sella sedeat. ¶ Alia volta fit dum equestres sumus ponendo tibiam supra staffile sinistrũ:ꝛ staffa retro post tibiam veniat ad se ponendũ in pede cã quod staffile locũ prebeat:vt tibia voluatur:ꝛ equitare possimus:ꝛ tũc currente equo attrahenda est tibia dextera super collo equi:ꝛ faciem nostrã in sinistro latere vertamus:ꝛ cum giro super illa staffa sinistra sola in sellã ad equitãdũ recto modo redeundũ est:ꝛ quod tibia dextera super posteriori arzone ad equitãdã ingrediatur. ¶ Tuꝫ:ꝛ alia satis facilioꝛ fieri potest in qua homo non voluitur nisi quod tibia dextera super anteriori arzone ac per dimidiũ alterius tibie nostre:ꝛ lateris equi trãsit:ꝛ per posteriorem partem iteꝝ ad equitandum reuertitur. ¶ Ad volteandum perutile est hominem exponi:vt in consuetudine aliquas voltas habeat. Quemadmodum de cimata capriola leui siue legiera:que nimiũ personam nostram alleuiant. ¶ Peregrina remõtata:ꝛ alie volte:que per hãc viã vadũt docẽt sup brachia sustinere:ꝛ volta staffilis ꝺ pomo:ꝛ arzone ãteriori. ¶ Et volta ꝺ crinibus:ꝛ pugno infert animũ vt homo sup sella i terrã voluaẜ.

¶ Quam viam volte magne obseruare debent:ꝛ que earum petit vim in vno brachio:ꝛ que in alio. Cap.cxlv.

¶ Quemadmodũ dimidia moꝛa:ꝛ tota moꝛa p viã totius pomate vadũt: Has quatuoꝛ:quas appellamus dimidiã pomarã:totã pomatã:dimidiã moꝛã:ac totã moꝛã opoꝛtet vt quãtũ possumus i sinistro brachio sustẽtemus. Ideoqꝫ in pꝛimo saltu adeo in altũ ascendere debemus quod brachiũ directũ:ac rigidũ maneat quia aliter plicatur dũ in voltã imus super brachio:ꝛ non possumus ipsam perficere. Et i his quatuoꝛ voltis parũ de viribus dextri brachij curamus nisi inquantum cũ dextera manu foꝛtiter in sellaꝫ: vel groppam damus. Proinde vero super sinistro sustentamur. ¶ Alie quatuoꝛ volte sicuti peregrina tota mamia galeatia ac remontata in dextrũ brachiũ vadũt nec opoꝛtet ipsum mouere quousqꝫ volta finiatur vel iã ad cõplendũ ipsaꝫ accedimus:ꝛ manus sinistra:ꝛ brachiũ extensum directum restare debet: vt super pugnuꝫ ire possimus. ¶ Et ad faciendũ totã mamiã:ꝛ galeaciã decet talẽ fantasiã habere eũdẽ scilicet pꝛius ad peregrinã. ¶ Ad moꝛã vero faciẽdã pꝛimo ad totã pomatã intentio nostra dirigenda est. ¶ Et dũ remontatã agere volumus voltã staffilis respicere debemus:quãquã magis supꝛa equũ de ueniendo sit:atqꝫ altius quãdoquidẽ cũ altitudine reperitur opoꝛtunitas veniendi quocũqꝫ voluerimus: nam si infimi imus non est locus agendi magnã vel longã voltã quia cito selle obuiamus: aut tantopere infimi restamus quod bꝛachia nos tollerare ac sustinere nequeũt nequidẽ quo ire voluerimus depoꝛtare.

¶ De voltis damicelle:siue dame. Cap.cxlvi.

¶ In voltis damicelle homo debet pedes quãtũ poterit subleuare plicãdo se per cincturã in anteriori pte cã quod caput declinet supꝛa collũ equi pedibus nostris per sellã trãseuntibus:ꝛ i tempoꝛe sessionis coꝛpoꝛa nostra erigẽda sunt erga illũ q sup groppa sedet. ¶ In quibusqꝫ voltis cõpetit qꝺ brachiũ sinistrũ directum:ꝛ in nullam partem equum vel staffile attrahat. Neqꝫ est plicandum coꝛpus:ꝛ postquam super sella:vel brachio sumus in vno solo ac firmo modo totam voltam pertransire debemus.
¶ Animaduertas quod tãtũ quãtũ in vno solo ictu nõ tãgendo sellã nequidẽ inter arzones ingredi nisi cũ manibus tãtũ girũ vocatur sed dũ natice siue coxe sunt iam inter arzones quãuis homo circumcirca re uoluaẜ non est amplius volta:quoniã cũ cubitis brachioꝛũ:ꝛ naticis vadit tangendo per ipsam sellã:atqꝫ assumendo nouã vim:ꝛ similis modus girandi non vocatur vna volta tãtũ:nisi due aut tres in varijs ictibus factis. Quocirca in ea mensura quãtũ est longũ bꝛachiũ in eadẽ decet:vt coꝛpus vadat in altũ girando super sellã:ꝛ quod de altitudine veniat ad sedendũ:vbi firmari vult:nam qui infimi vadũt cespitando cũ cubitis:genibus:ꝛ naticis per sellã non faciũt voltas vere denomiatas: sed tripudiationes aliqualiter ad similitudinẽ voltarũ vt pueri facere solent:ꝛ hic sepenumero magna deceptio est:quia sedẽt cũ naticis ꝛ in eo instanti tollunt tibias:ꝛ girant circumcirca vnde circa inexpertos transit per voltam. Quale causa

semper girationes debēt fieri tantum alte quantum brachia nostra sunt: ⁊ in hoc modo nulla fit deceptio: Quoniam manifeste apparet vbi vnusquisq̄z attingit in vno solo ictu.

¶ De modo saltandi iunctis pedibus. Cap.cxlvij.

¶ Saltādo iunctis pedibus debemus lapides in manibus accipere: ⁊ quātū possumus in altitudinem subleuemur: ⁊ in vltimo saltu lapides inferius siue in terra fortiter eijciendi sunt. Si aūt homo cū cursu venit magna velocitate esse debet: Et quū ad signū venit in altū extollatur. Cauendū ē aūt quin per lumbos aliquid plicetur. Et hoc modo est eūdū licet plures saltus faciamus vt ipsos conseruare possimus. Quia si corpus plicaremus aut supra genu declinaremus non possimus magnos saltus agere nec plures conseruare. Et dū vnū saltuz currendo aginus ad signum impetuose deueniendū est: presertim per quatuor: vel quinq̄z postremos passus sed nollent esse longi: ⁊ quū vnus pes ī meta firmetur alter quātū potest in altū tollendus est: vt ipsum alter insequatur: nāq̄z aliter infime saltatur ne tamen retro remaneat pes qui in aere inuenitur poni debet anterius quātū poterit. ¶ Retinere anhelitum in quocūq̄z saltu: ⁊ modo proijciendi bonū est: ⁊ quod vis ⁊ velocitas semper in altitudinē nitatur. ¶ Saltus cursus vult vnū lapidē fixū in terra qui sit altitudinis duorum palmoꝝ in quo pes firmetur. ¶ Ad saliendum cū baculo debemus ipsum fortiter restringere: ⁊ quod totis viribus in brachijs: ⁊ manibus innitamur sup ipo baculo nos firmantes. ¶ Ad saliendum duobus passibus: ⁊ vno saltu tibie satis aperiende sunt: ⁊ quod in altū eamus. ¶ Et in vno solo saltu cū baculo vnus pes tātū ī signo ponēdus ē deinde quod ambo simul vadant. ¶ Et vnum precipue in omnibus modis saliēdi: atq̄z currendi animaduertēdū est: ꝙ nimium brachia simul cū tibijs super partem anteriorē corrigant: atq̄z tollātur. nā si cū tibijs subleuare nos volumus: ⁊ manus coniuncte lateribus: aut pectoribus remanēt: parum nos subleuare possumus grauiter imus: ⁊ paruū passuz seu saltū aginus. Quocirca dū saltatur in quocunq̄z saltu brachia porrigenda sunt ad partē anteriorē: ⁊ necesse est in altitudine vadāt quātū possibile erit: ⁊ pedes siue tibie ipsa brachia assequi tenētur: ⁊ dum currimus idē ordo obseruandus est vt nimiū totū corpus dissolutum fiat: seu dissoltum: vt in vulgari hyspano dicit: Quoniā nulliū aīal potest nimiū saltare: vel currere nequidē volare si pedes anteriores: seu brachia: vel ale nimiū nō extendunt: ⁊ si ad partem posteriorē saltare volumus: veluti pedib⁹ iūctis ēt ad posteriorez ptē brachia sunt porrigēda: ⁊ tamē ꝙ caput nil super tergū declinet: sz qd semp sup ptē anteriorem remaneat. ¶ Vnū eniz tāquā potissimū ī oībus generibus saliēdi obseruādū ē videlicet qd corpus de primo ad vltimū dū subleuatū vadit quo ad vires conet seipsum in altitudine ad anteriortm partem expellere.

¶ De modo currendi. Cap.cxlviij.

¶ Dum currere volumus anhelitus in nobisipsis retinēdus est: ac vires in humeris imittende: ⁊ corp⁹ cū vehementia semper aliquātulo ad anteriorē partē pendeat tamen quod in altum: ⁊ super pūctas pedū vadat: Tandem quod summitas frontis vadat ante punctā pedis ad minus ꝑ vnā vlnā tanto qd videat semper anterius velle cadere: ⁊ quod cū longis passibus nos sustineamus quod non permittunt cadere: ⁊ semper talem animum decet habere: vt nobis videatur cursum vnū duntaxat passum esse. Quoniam in illo paululuz nos dimittere possunt: ⁊ vsq̄z in finem cū hoc animo eundum est. Manus aperte: vel extēse: ac dure ire debent: Brachia vero in altum recollecta: ⁊ ꝙ tibie per genua plicentur ex directo hoc est non dimittendo ipsas nimiū retrocedere: nisi quod sursum pedes tollantur: ⁊ puncte pedum aliquātisper foris pendeant: oportet autem tibias nimium aperire vt longos passus faciant: nihilominus quod tantum anterius pendeamus: vt dictū est subleuato collo: ⁊ tota persona ꝙ persona de seipsa vadat: ⁊ tamen quod in mutatione pedum obseruetur ne cadat. Et inter alias regulas currendi hec nempe est optima. ¶ Principium: ⁊ finis in quibus homo fundari debet: dū de cursu intendere vult aliter obseruāda sunt videlicet aperire per prius tibias per femora quātū potest: quia in hoc modo passus longi fiunt: ⁊ cursor non cadit: ⁊ eo quod citius homo capiat hunc modū currendi: ⁊ in ipso firmetur per aliquos dies decet ambulando absq̄z cursu seipsum habituare ad aperiendum quantum possibile erit tibias ꝑ superiorem partem eo quod gradus lōgissimi eueniāt: ⁊ hac cōsuetudine assumpta ambulando facile est ipsam obseruare dū currim⁹.

¶ De aliquo ordine obseruãdi p̄sonas nostras dũ ĩ virib⁹ p̄ualẽt volum⁹. Cap.cxlix.

¶ Iam vero satis circa membrorum exercitia scripsimus. Sed ad perficiendum: vel agendum ipsa vti fieri debet conueniens est quẽq̄ optimam naturalem aptitudinem habere similiter assidua inuigilantia indigemus de escis: aut substentatione nostrarum personarum: Quoniam qui in cibis luxuria: seu alijs vitijs ac sceleribus inordinate degunt cito egritudines succedunt ita quod nequeunt opera magna corporib⁹ competentia agere. ¶ Et vt se quisquam in bona valitudine diutius conseruet cuiuscunq̄ complexionis fuerit melius habere nequimus nequidem adeo vniuersale remedium quemadmodum obseruando quandã regulã competentem illis qui metuunt pinguescere. Quanquam pleriq̄ abnegent vt similis regula sit que contra pinguedinem prosit: ꝛ q̄ in alijs pluribus detrimentum non afferat: nos tamen econuerso sentimus: Licet interdum vtile esset hanc regulam cresci ac diminui. Sed vniuersaliter bona erit quocunq̄ tempore atq̄ omnibus personis quam potissime dicimus esse: parum ac temperate bibere: presertim extra prandium: ꝛ pluries ea quantitas assumenda est. Quod si vna vice nimium biberetur organa siquidẽ aperiuntur reimplentur: ꝛ destruuntur. Deinceps alij humores locum adinueniunt vt decurrat: Aqua sola nimium relaxat: ꝛ vinum merum cum fumositate membra occupat. Quocirca homines pingues assidue molles: atq̄ occupati cognoscuntur: ꝛ in vna comestione non debet multũ comedi ne membra dilatentur quemadmodum iam assignauimus. ¶ Alij cibi semper magis de sicco q̄ de humido habere debent. Quãobrẽ fructus euitãdi sunt: ꝛ p̄ sustentandis virib⁹ potius assatum: q̄ lixum assumendum est: de iuuenibus tamen intelligitur. Dũq̄ egritudinibus non vexantur venter non est dimittendus omnino exolut⁹: vel sine cinctura. Prima enim pars ĩ qua quis pinguescere incipit ẽ in aluo. Idcirco qui timet ne pinguis fiat semper debet aliquantulo aluum constringere: neq̄ tamen est nimium constringendus vt ibi transire queant. ¶ Quosdã ieiunare videmus aut semel in die comedere: ꝛ tamen pinguescere. Isti vero multũ cibi in vno prandio assumunt: quod fieri non debet. Etiã in aliquo nos exercere debemus. ¶ Raro enim videtur aliquod animal quod pro maiori parte temporis laboret: vt nimium pinguescat dummodo per aliquam infirmitatem non fuerit.

¶ Regula sup̄ ĩtẽtu quẽ homines assumerẽ debẽt vt ĩ varijs reb⁹ magistri fiãt. Cap.cl.

¶ Principio huius libelli palestram tanquam metrum ad plura exercitia ante posuimus tametsi palestra in seipsa ars practica sit: aut satis sensuale exercitiũ: Nihilominus decet membra nostra qualiter in locis oportunis ĩmitti debent quandoq̄ directe: ꝛ quandoq̄ inclinate aliquando precedere: interdum vero retro colligi ꝛ eo tp̄e quo offensuri: ac defensuri sunt: pariterq̄ ĩ alijs discurrẽdo quo ad necessitatẽ: Hec autem omnia ob assiduam continuationem sciri possunt. q̄uis non verum fundamentum habeamus ad queuis ratione probanda: At vero quo huiuscemodi ignorantia euitetur decet omnia opera nostra intellectui cõmittere. Ipse enim non solum membra ordinat cum debita mensura in exercitijs: quibus membra frequentata sunt: Verumetiam vltra intellectus eis sufficientem cognitionem prebet: vt in quolibet exercitio valeant dũmodo aliqua parua experientia habeatur. ¶ Et membra ex seipsis non valent ad se adaptandum adeo velociter ad res varias operandas. Si vero acturi essemus habitum dũtaxat ob diutinam continuationem maxima vtiq̄ temporis iactura fieret. Tãdem aliquid agerem⁹ quod in vsu fieret: ꝛ nõ quod ibi sciamus theorice vel rationabiliter probare: nisi tanq̄ a natura ꝛ ĩdistincte aliqd operari. ¶ Sꝫ dum intellectũ pro guida seu pre custodia nostra habemus: aut quod ibi omnes curas nostres cõmittim⁹ quum vnum exercitium scimus in pluribus alijs nos instruit: ꝛ in primis docet recte ante omnia que facturi sumus considerare: ꝛ ad hoc oportet temperatos manere: ꝛ esse a vitijs: ac peccatis alienos.

¶ Prima pars iuxta exercitiorũ consuetudinem hec est quod nos applicemus vbi alij nobis offenderẽ nequeunt: Deinde vero quod taliter nos moderemus quod facillime possimus offensuꝫ aduersarijs exire: ꝛ nos recolligere: De hoc autem in factione artiũ euidentissimũ exemplum prefertur: Quum enim circuꝫ fossas vallosq̄ edificant: vt inimici appropinquare nequeant: ꝛ pro bombardarum propagulo in grossiciẽ muroꝝ elaborãt quãdoq̄ parietes sublimes sunt: In summitatib⁹ vero cõuexis ne ipsas scalare possint: ꝛ vltra hoc per inferiorem partem portas coopertas: ac discoopertas struunt per quas tuto exire: ac redire

queant ad locũ eoꝝ munitũ. Nã saltẽ pro re infallibili tenemus quẽcq̃ posse diutius aliquam arcẽ defendere: nisi habuerit animum: ⁊ locũ frequenter nocendi aduersario. Quod vtiq̃ exemplũ ad quodcũq̃ nostrũ exercitiũ applicandũ est. Semper enim vnus pes illic assistere debet vbi super se reperiatur: ⁊ quod facillime queat alteri suffragari: ⁊ idem de quocũq̃ alio membro dicimus quod ad beneficium totius corporis inuigilare debet.

